¶ Manuale ad vsum ecclesie Sarisburiensis. Jam recens impressum/ab erratis et mendis emunctissime vindicatum.



Parisijs per Franciscum Regnault.




Anno. M,ccccc.xxix.



Omnibus dominicis diebus per annum ⁊ in festis simplicibus in dominicis contingētibus post primam et capi. vel missam ī capit. si habeatur tres campane breuiter pulsentur singillatim ad aquam benedictam: incipiendo a maiore campana: deide in fine processio. cum dicitur añ. in introitu chori pulsatur ad tertiam dicto modo: nisi sermo diceretur ad populum: tunc in fine sermonis pulsatur ad tertiam: nisi in duplicibus festis: et ī dominica in ramis palmarū: a sacerdote hebdomadario alba ⁊ cappa serica rubea induto cum diacono et subdiacono textus deferentibus/ cum thuribularijs ⁊ duobus ceroferarijs: ⁊ accolito crucem deferente omnibus albis cū amictibus indutis: in medio presbyterij ad altare conuersis: ac etiam cum duobus pueris quorum alter scilicet puer qui ad aquam scribitur in tabula in sale tenendo ⁊ aquā benedictā gestando: alter scilicet puer hebdomadarius lector ad matutinas/ et in libro tenendo eidem sacerdoti in superpellicijs ministrent. ⁊ ad gradū chori fiat benedictio salis ⁊ aque hoc modo.



Exorcizo te creatura salis per deū ✠ viuū: p deū ✠ verum per deū ✠ sanctum: per deum qui te per heliseū prophetam in aquam mitti iussit vt sanaretur sterilitas aque: vt efficiaris sal Hic respiciat sacerdos sal exorcizatum in salutē credentiū. Et sis omnibus te sumentibus sanitas anime ⁊ corporis: ⁊ effugiat atq; discedat ab eo loco quo aspersum fueris omnis fantasia ⁊ nequitia vel versutia diabolice fraudis/ omnisq; spiritus immundꝰ adiuratus. Et finiatur hoc modo.



Per eum qui venturus est iudicare viuos ꝛ mortuos et




Et sic finiantur omnes exorcismi per totum annum. Sequatur oratio

seculum per ignem. ℟. Amen. sine Dominus vobiscū.

sed tā-tuz cū Oremus.

Immensam clementiam tuā oīpotēs eterne deus humiliter imploramus: Hic respiciat sacerdos sal. vt hanc creaturā salis quam in vsum humani generis tribui-sti: bene ✠ dicere ꝛ sancti ✠ ficare tua pietate digneris: vt sit omnibus sumentibus salus mentis et corporis: ꝛ quic-qd ex eo tactum vel respersum fuerit: careat oī immūditia/ omniqꝫ īpugnatione spiritalis Et sic tantummodo finitur



nequitie. Per dominum nostrum iesum christum filium



tuum qui tecum viuit et regnat in vnitate spiritus san-



cti deus: per omnia secula seculorum. ℟. Amen.
Sub eodē tono finiātur oēs oꝛones seqntes: ꝛ etiā oꝛones post aspersionem aque benedicte. Sequaꝛ exorcism⁹ aque.


Exorcizo te creatura aque in noīe dei pa ✠ tris omni-potentis: ꝛ in noīe ie ✠ su christi filij eius dn̄i nostri:

et in virtute spiritus ✠ sancti: vt fias aqua exorcizata ad effugandam omnem potestatē inimici: et ipm inimicum eradicare et explantare valeas cum angelis suis apostaticis. Per virtutē eiusdem dñi nostri iesu xpi: qui venturus est iudicare viuos et mortuos et seculū per ignem. ℟. Amen. Sequatur oro sine Dominus vobiscū. sed tm cū Oremus. Oro.

Deus q ad salutē humani generis maxima queqꝫ sacramēta in aquarū substātia cōdidisti: adesto ppitius inuocationibus nostris: et elemento huic Hic respiciat sacerdos aquā multimodis purificationibus pparato: virtutem tue bene ✠ dictiōis infunde: vt creatura tua mysteriis tuis seruiens ad abiiciendos demones/ morbosqꝫ pellendos diuine gratie sumat effectum. vt qcquid in domibus vel in locis fidelium hec vnda resperserit: careat omni immunditia: liberetur a noxa. non illic resideat spiritus pestilens/ non aura corrumpens/ discedant omnes insidie latentis inimici: et siquid est quod aut incolumitati habitantium inuidet aut quieti: aspersione huius aque effugiat: vt salubritas per inuocationem tui nominis expetita: ab omnibus sit impugnationibus. Et finiatur sic.



defensa. Per dominū nostrū iesum christū filiū tuū. etc. Hic mittat sacerdos sal in aquam in modum crucis priuatim: ita dicens. Commixtio salis nomine patris et filii et spiritus sancti. ℟. Amen. Sequatur benedictio salis et aque pariter hoc modo.



Dominus vobiscū. ℟. Et cū spiritu tuo. Oremus. Oro

Bñdictio


DEus inuicte virtutis auctor ⁊ insuperabilis imperii
rex ac semper magnificus triumphator: qui aduerse
dominationis vires reprimis / qui inimici rugientis seui-
tiam superas / qui hostiles nequitias potens expugnas: te
dñe trementes ⁊ supplices deprecamur ac petimus. vt hanc
Hic respiciat aquã sale mixtã. creaturã salis ⁊ aque dignãt
accipias: benign⁹ illustres: pietatis tue more sã ✠ ctifices:
vt vbicunqz fuerit aspersa per inuocationẽ sctĩ tui nõis: oĩs
infestatio immũdi spiritus abiiciat terrorqz venenosi serpẽ-
tis procul pellatur / ⁊ presentia sancti spũs nobis miam tuã
poscentibus vbiqz adesse dignetur. Per dominum nostrum
iesum xp̃m filium tuũ. Qui tecum viuit ⁊ regnat in vnita-
te spiritus sancti deus. Per omnia secula seculorum. Amẽ.
¶ Si fuerit duplex festũ extra chor fiat bñdictio salis et aq̃
priuatim añ aliqđ altare: ⁊ hora sexta cantata aspergatur.
In aliis vero dñicis simplicib⁹ in choro benedicatur ⁊ ante
tertiam aspergatur vt supra dictũ est: nisi in dñica in ramis
palmar: tũc em̃ extra chor bñdicatur ⁊ post sextã asperga-
tur more duplicis festi licet duplex festũ non fuerit. Peracta
benedictione salis et aq̃ accedat ipse sacerdos ad principale
altare: ⁊ ipsum stando circũquaqz aspergat. In redeũdo ab
altari in primis aspergat ministros ordinatim incipiẽs ab
accolito q̃ crucẽ defert. deinde ad gradũ chori rediens: ibidẽ
singulos clericos ad se accedẽtes aspgat: incipiẽs a maiori-
bus. Tñ si epũs p̃sens fuerit / ad eũ ptinet aspsio clericor. vt
infra dicet. Post aspsionẽ clericor / laicos i presbyterio hic
inde stantes aspergat. Dum spargitur aqua benedicta / cã-
tetur hec antiphona a toto choro: cantore incipiente.



Asperges me domine hysopo et mundabor: sa-




uabis me et su per niuem dealbabor. ps. Miserere



mei deus: secundum magnam misericordiam tu am.


Repeta tur ān. Asper- ges me.



Et secundum multitudinem miserationum



Repeta tur ān. Asper- ges me.



tuarum: dele iniquitatem meam. ges me. Gloria patri



et filio & spiritui sancto. Sicut erat in principio & nunc




Repetat Lauabis me.

et semper: et in secula seculorum. A men.

Hec ā n. d. in (aspsione aq̄ bn̄dicte oīb⁹ dn̄icis p ānū: p̄terq̄ a pascha vsq; ad fes. trini. Dicet etiā i dn̄ica i ramis pal. & i dn̄ica i passiōe dn̄i. cū Gloria pr̄i. et Sicut erat. A pascha vo vsq; ad festū trinita. dicat hec ān. in aspersione aque benedicte cātore incipiēte. ān.





I di aquam egre dien tē de tem plo

Bn̄dictio salis ⁊ aque.




a la tere dex tro alle lu ia. Et om nes ad




quos peruenit aqua ista/ sal ui fa cti



sunt et di cent alle lu ia ¦ alle lu ia. p̄s.



Confitemini domino quoniam bonus: quoniam in se=



culum mise ri cor dia eius.

Repetatur anti= phona Uidi a= quam. Postea di= citur versus.



Gloria patri ⁊ filio ⁊ spūi sctō. Sicut erat in prīcipio et nūc



⁊ semp̄ et in secula seculorū amē. Et oēs.

Peracta asper= siōe aque: sacer dos ad gradum chori dicat ℣.



Ostēde nobis domine misericordiā tuam. ℟ Et salutare

Deinde presbyter dicat sic

Exaudi nos dñe sctẽ pat oĩps etne de⁹: et mittere dignare sctm̃ angelũ tuũ de celis q̃ custodiat/foueat/protegat/visitet et defendat oẽs habitãtes in hoc habitaculo. Per christum dominũ nostrũ. ℟. Amen.

tuum da nobis.

Orem⁹.

¶ Si episcopus in aliqua simplici dominica exequatur officium: tunc ipse indutus cappa serica cum mitra ⁊ baculo/ ac omnibus supradictis ministris ad benedictionem salis ⁊ aque chorum solet intrare: qui dum fit benedictio salis et aque a sacerdote (vt predicitur) ad hoc induto: sese in sedem recipit episcopalem: vbi post aspersionem altaris pricipalis a predicto sacerdote factam tam canonicos q̃ ceteros clericos ad sedem ipsam accedentes modo ⁊ ordine prenotato asperget. et tam versum q̃ ora. post ant. Asperges. dicet ibidem. Si vero episcopus executor officij non fuerit: tunc in habitu chori cũ chirothecis tantum et baculo clericos vt supra aspergat: sacerdote predicto ℣. ⁊ or. post ant. Asperges. more consueto semper dicente.

¶ Benedictio panis.

Benedictio panis in dieb⁹ dominicis. In primis sacerdos legat euangelium In principio erat verbũ. Require ad catecuminum faciendum: in fine seruitij: et postea dicat ℣ Sit nomen domini benedictum. ℟ Ex hoc nunc et vsq; i seculũ ℣ Benedicamus domino ℟ Deo gratias. Deinde dicat sic Dominus vobiscum. Et cum spiritu tuo. Oremus.

Bene✠dic domine creaturã istam panis sicut benedixisti quinq; panes in deserto: vt omnes ex eo gustantes tam corporis q̃ anime accipiant sanitatem. In nomi-

ne pa ✠ tris et fi ✠ lij et spi ✠ ritus sancti. Amen. Tunc aspergatur aqua benedicta super panem et distribuatur.

In nocte natiuitatis domini dū canitur nouū R. cū suo vsu: et Gloria patri. procedat diacon9 cū subdiacono et thuribulario et ceroferario et accolito crucem deferēte omnibus solenni apparatu indutis ad thurificandum altare: et accepta bn̄dictiōe ab executore officij per mediū chori in pulpitū accedat ad cantādū euāgeliū hoc mō icipiēdū.

Dominus vobis cum. Et cū spiritu tu o. Initium

sācti euan ge lij secundū matheum. Gloria tibi dn̄e.

Liber gene rationis ie su christi filij da uid

fi lij abra hā. Abrahā genuit isa

ac. Isaac au tē genuit ia cob. Iacob au tem

genuit iudam et fratres eius. Iudas au tem

genuit phares et zaram de tha mar. Phares autem genuit es rom. Esrom au tem ge nuit a ram. Aram autem genu it ami- na dab. Aminadab autem genuit na a son. Naason au tem genu it sal mon. Salmon au tem genuit booz de ra ab. Booz au tem genuit obeth ex ruth. Obeth au tem genu it ies se.

In nocte nati. do.

Iesse autem genu it da uid regem. Dauid autem

rex genuit salomo nē ex e a que fuit vri e. Sa-

lomon au tem genuit robo am. Roboam au-

tem genu it abi am. Abias autem ge

nuit a sa. Asa au tem genuit

iosa phat. Iosaphat autem genuit

io ram. Ioram autem genuit ozi am. Ozias

autem ge nuit ioa tham. Ioatham au

tem genuit a chaz. Achaz au tem genuit eze-

chi am. Ezechias au tem genuit manas-

sen Manasses au tem genuit a mon.

Amon autem genuit io si am. Iosias au-

tem genuit iechoniam et fratres eius in transmi-

gratio ne baby lo nis. Et post transmi-

grationem baby lo nis iechonias genuit salathi-

el. Salathiel au tem genuit zoroba bel.

Jn nocte nati. do.

zo robabel au tem genuit abi ud. Abi
ud au tem genuit elia chim. Eliachim
autem genuit a zoꝛ. Azoꝛ au tem ge
nuit sa doch. Sadoch au tem genuit a chim.
Achim au tem genuit e li ud. Eliud au
tem ge nuit elea zar. Eleazar au tem
genuit ma than. Mathan au tem genu it
ia cob. Jacob au tem genuit io seph vi=

rum mari e. De qua natus est iesus qui

vo catur chri stus.

Finito euangelio incipiat sacerdos i cappa serica Te deum laudamus. Quo dicto rectores chori incipiant missam ad quaz missam duo clerici de secunda forma in capis sericis in pulpito simul cantent istam lectionem.

Laudes deo di

cā per secula qui me plasma uit in manu dextera atq̧ rede mit cruce pur pu rea sanguine

na ti

Hic cātet alternatim.

Lectio esa i e prophete. In qua

chrisii luci da vatici na tur nati ui tas. Hec di

cit dominus. Pater filius sanctus spirit⁹ in quo sunt

omnia condita super na atq; ima. Populus gen-

tiū q̄ ambula bat in te nebris. Quē creasti: quē frau-

de sub dola hostis expulit paradi so: et captiua tum

secum traxit ad tartara. Uidit lu cē magnam. Ful-

sersit et immania nocte me dia pastoribꝰ lumina. Habi

tantibus in regione umbre mortis lux. Sempiterna et

redēptio vere no ua. Or ta est eis. O stupen da

na tiui tas. Paruulus enim natus est nobis

Magnus hic erit iesus filius de i. Et fili us. Pa-

tris sum mi. Na tus est nobis. Ab arce sum

ma predictum sic erat. Et factus est principatus su per

humerum eius. Ut ce los regat atq; arua. Et vo-

cabitur nomē eius. Messias soter emanuel sabaoth

adonai. Admirabilis. Radix dauid. Consiliarius.

Dei patris. Deus. Qui creauit omnia. Fortis. Bara

tri claustra perimens teterrima. Pater futu ri se culi.


In nocte



Rex omnipotens & cuncta regens. Prin ceps pa-



cis. Hic et in euum. Multiplicabitur eius imperiū.



In hierusalē iudea siue sa ma ria. Et pa cis



non erit finis. Per se cula sempiterna. Super solium



dauid & super regnū eius se debit. Et regni meta sui



non erit aliqua. Ut confirmet il lud. In



fi dei pignore. Et corroboret in iu di cio &



Iudex cum venerit iudica re seculum. (Et iustitia.)



Amodo. Il li debetur glo ria laus et




iubi latio. Et usq3 in sempiternũ. Amen.


Hic cantẽt simul usq3 in fi-



Ab ortu solis usq3 occiduos ad fines mũdi orbis per



climata laus crea to ri resonet con grua



amen dicant omnia.

¶ In nocte epiphanie domini dum cãtatur. ix. ℟. cum suo ℣. et Gloria patri. procedat diaconus cum subdiacono et thuribulario et ceroferario et accolito crucem deferente omnibus solenni apparatu indutis ad thurificandum altare: et accepta benedictione ab executore officij per medium chori accedat ad cantandum hoc euangelium hoc modo.



Dominus vobiscum. Et cum spiritu tu o. Sequẽtia san-



cti euan ge lij secundum lu cam. Gloria tibi domi ne.

In nocte epiphanie.



Actum est autẽ cũ baptizare tur omnis popul⁹

et ie su bapti za to et o rante apertum est celum.

Et descendit spi ritus sanctus corpo rali spe cie

sicut columba in ipsum: et vox de ce lo fa cta est.

Tu es fi lius meus dile ctus: in te complacuit michi.


Et ip se iesus erat in cipi ens quasi annorum

triginta vt putaba tur fi lius io seph. Qui


fu it heli. Qui fu it mathat. qui fu it le ui.




fuit melchi. Qui fu it ianne. qui fu it io seph.




qui fu it ma thathie. qui fu it a mos.



Qui fu it naum. qui fu it heli. Qui fu=



it nagge. qui fu it ma that. qui fu it mathathie.



Qui fu it semei. qui fu it io seph. qui fu it



iuda. Qui fu it iohanna. qui fu it resa. q̄ fu it



zorobabel. Qui fu it salathiel. qui fu it ne ri. q̄ fu it



melchi. Qui fu it addi. qui fu it co san. qui fu it

helmadā. Qui fuit her. qui fu it iesu.

qui fu it heliezer. Qui fu it iorim. qui fu it mathat.

qui fu it leui. Qui fu it simeon. qui fu it iu da.

qui fu it ioseph. Qui fu it io na. qui fu it

eliachim. qui fu it melea. Qui fu it menna. qui fu-

it matha ta. qui fu it nathā. Qui fu it dauid. q

fu it ies se. qui fu it obeth. qui fuit booz.

qui fu it salmon. Qui fu it naason. qui

fu it aminadab. qui fu it a rã. Qui fu it

esrom. qui fu it phares. qui fu it iu de. Qui

fu it iacob. qui fu it isaac. qui fu it abra-

he. Qui fu it thare. qui fu it nachor. qui fu it

se ruth. Qui fu it ragau. qui fu it phalech.


qui fu it he ber. Qui fu it sale. qui fu it cainam.

qui fu it arphaxat. Qui fu it sem. qui fu it

noe. qui fu it la meth. Qui fu it matusale. q̇ fu it



enoch. qui fu it iareth. Q ui fu it malaleel. qui fu



it cainam. qui fu it enos. Q ui fu it seth. q̄ fu




it adam. qui fu it de i. Iesus au tem plen⁹



spiritu sancto regressus est a ior dane.

¶ Finito euãge. icipiat sacer. ĩ cappa serica. Te deũ laudamus.

In purificatione beate marie cantata hora sexta fiat bñdictio luminis solẽniter ab ep̃o vel a sacerdote cappa serica induto cũ alijs idumẽtis sacerdotalib⁹ sup gradũ altaris supremũ converso ad partẽ australẽ sic incipiendo.



Dominus vobiscum. Oremus.

Bene ✠ dic dñe iesu christe hãc creaturã cere supplicãtibus nobis: ⁊ infunde ei per virtutẽ sctẽ crucis benedictionem celestẽ vt qui eam ad repellẽdas tenebras humano vsui tribuisti / talez signaculo sctẽ crucis tue fortitudinẽ ⁊ bene ✠ dictionẽ accipiat: vt q̄bulcunq₃ locis accensa siue apposita fuerit: discedat diabolus ⁊ contremiscat et fugiat pallidus: cum omnib⁹ ministris suis de habitationib⁹ illis: nec presumat ampli⁹ eã inquietare. Et finiatur hoc modo.

seruientes tibi. Qui cū deo patre ꝛ spiritu sancto viuis ꝛ


regnas deus. per omnia secula seculorum. ℟. Amen.

Oēs orōnes cū Oremꝰ sub eodē tono dicant. Nō dicatur Dñs vobiscū. nisi ante primā orationē tm̄ sed Oremꝰ. Orō.

DOmine sancte pater omnipotens eterne deꝰ: qui omnia ex nichilo creasti: ꝛ iussu tuo per opera apum hūc liquorem ad perfectionem cereorum peruenire fecisti: ꝛ qui hodierna die petitionem iusti simeonis implesti: te humiliter deprecamur vt has candelas ad vsum hominum ꝛ sanitatem corporum ꝛ animarum preparatas siue i terris siue in aquis per inuocationem sanctissimi nominis tui / et per intercessionem sancte marie semper virginis cuius hodie festa deuote celebrantur / et per preces omnium sanctorum tuorum bene ✠ dicere et sancti ✠ ficare digneris. Et huius plebis tue deuote que illas honorifice in manibus portare desiderat / teq̄ laudādo exultare: exaudias voces de celo sācto tuo ꝛ de sede maiestatis tue. Et propitius sis omnibus clamantibus ad te / quos redemisti precioso sanguine filij tui. Qui tecum ꝛ cum spiritu sancto viuit ꝛ gloriatur deꝰ / per omnia secula seculorum Amen. Oremus.

OMnipotens sempiterne deus: qui hodierna die vnigenitum tuum vlnis sancti simeonis in templo sancto tuo suscipiendum presentari voluisti: tuam supplices deprecamur clementiam vt hos cereos siue candelas: quos nos famuli tui in tui nominis magnificentia suscipientes gestare cupimus / luce accēsos bene ✠ dicere et sancti ✠ fica-


ce atq; lumine superne benedictionis accendere digneris: quatin⁹ eos tibi domino deo nostro offerẽdo digni: & sancto igne dulcissimũ tue claritatis succensi



in templo sancto glorie tue repsentari mereamur. Per eun




dem dominum nostrum iesum christum filiũ tuum. Qui



tecum viuit et regnat in vnitate spiritus sancti deus.


Hic mutet vocem more p;efationis



Per omnia secula seculorũ. Amen. Dominus vobiscũ. Et



cum spiritu tuo. Sursũ corda. Habem⁹ ad dominum.



Gratias agamus domino deo nostro. Dignũ & iustũ est.





Vere dignũ & iustũ est equũ & salutare: nos tibi semp &

vbiq; gratias agere domine sancte pater omnipotēs eter-
ne deus. Fons & origo totius luminis qui mundum il-
lustrasti lumine tue claritatis mittendo nobis vnigenitū
tuum per vterū intemerate virginis. Et quē longe ante
pmisisti prophetar; oraculis: temporib⁹ nouissimis misi-
sti lucē pplis sedētib⁹ in tenebris. Te ergo dñe depcamur
vt has cādelas nomini tuo pparatas tua bñdictiōe digne-
ris bene ✠ dicere: q nos trāstulisti a ptāte tenebrar; in lucē

dilecti filij tui ⁊ regnū. Per quē exortum est in tenebris

lumen rectis corde ⁊ gaudiū salutis eterne. Et qui iusti

simeonis implesti expectationē vt non prius videret mor-


tem q̄ eiusdem christi filij tui visibilē incarnationē toti⁹

mūdi lumē ⁊ salutē: nos lumine tue claritatis sic repleas:

⁊ omnes infidelitatis tenebras a nobis repellas. Et sicut

seruū tuū hodie dimisisti in pace: sic nos in pace ecclesie tue

sancte digneris gubernare: vt portum quietis eterne va-



valeamus intrare. Quatinꝰ radijs vere lucis perfusi: ibi



in die examinis leti cum hymnidicis angeloꝛum choꝛis



valeamus videre faciem indefessi solis.

¶ Hic mutet vocē quasi legēdo. Qui tecū viuit ꝛ regnat in vnitate spūs sctī deꝰ. Per oīa secula seculoꝝ. Amē. ¶ Cātata pfatiōe tūc aspgant cādele aqua bñdicta: ꝛ thurificētur. Deīde sequāt due orōnes cū Dñs vobiscū. et Oꝛemꝰ. Orō.

Domine sancte pater oīps lumen indeficiēs: qui es cōditoꝛ omniū luminū: bene ✠ dic hoc lumen tuis fidelibus in honoꝛē nominis tui poꝛtandū: quatinꝰ a te sanctificati atqꝫ benedicti / lumine tue claritatis accendamur ꝛ illuminemur. Et ꝓpitius cōcedere digneris vt veluti eodē igne quōdā illuminasti moysen famulū tuum: ita illūines coꝛda nostra ꝛ sensꝰ nostros / quatinꝰ ad visionē eterne claritatis ꝑuenire mereamur. Per xpm. Oꝛemus. Alia orō.

Omnipotēs sempiterne deꝰ: qui vnigenitū tuū ante tēpoꝛa de te genitū / sed tēpoꝛaliter de maria virgine incarnatū / lumē verū ꝛ indeficiens ad repellēdas humani generis tenebꝛas: ꝛ ad incendendū lumē fidei ꝛ veritatis misisti in mundū: concede ꝓpitius vt sicut exterius coꝛpoꝛali / ita etiam interius luce spirituali irradiari mereamur. Per eundem dominum nostrū iesum chꝛistū filiū tuū. ¶ Postea accendant cādele ꝛ distribuant cātoꝛe incipiēte antiphonā.



Lumē ad reuelationē gētiū et gloriā plebꝭ tue israel.


ps. Nūc dimittis seruū tuū domie: secūdū ũbū tuū ĩ pace. Repetatur antiphona Lumē ad reuelationē. totus psalmꝰ dicatur cum Gloria patri. vt in processionalibus continet.

Feria.iiij.in capite ieiunij post.vj.in primis fiat sermo ad populum si placuerit: deinde prosternant se clerici in choro et dicant.vij.psalmos penitēciales cū Gloria patri. ⁊ cum ān. Ne reminiscaris. Excellentior vero sacerdos indutus cappa serica rubea cū alijs vestibꝰ sacerdotalibus: cum diacono a dextris ⁊ subdia. a sinistris ⁊ ceteris ministris altaris qui omnes sint albis cum amictibus induti/ a vestibulo ad gradum altaris procedant: ⁊ ibi dicant per se ante altare septem psalmos penitentiales in prostratione: vt supra dictum est. Finitis psalmis dicatur ān. Ne reminiscaris dñe delicta nostra vel parentum nostrorum/ neqꝫ vindictā sumas de pctis nostris. Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Et hec oīa dicantur sine nota: tam a sacer. ꝙ a toto choro. deinde erigat se sacer. cū diaco. ⁊ subd. et dicat super populū ꝯuersus ad australē corā dextro cornu altaris.

Et ne nos inducas in tentationē. Sed libera nos a malo.

Saluos fac seruos tuos ⁊ ancillas tuas. Deꝰ meus sperantes in te. Mitte eis dñe auxiliū de sancto. Et de sion tuere eos. Cōuertere dñe vsqꝫquo. Et deprecabilis esto sup seruos tuos. Adiuua nos deus salutaris noster. Et propter gloriam no

minis tui domine libera nos / et propitius esto peccatis nostris propter nomen tuum. Domine exaudi orationẽ meã. Et clamor meus ad te veniat.



Dominus vobiscum. Oremus.

Exaudi dñe preces nostras: ꝛ ꝯfitentiũ tibi parce pctis: ꝛ quos ꝯscientie reat⁹ accusat / idulgẽtia miseratiõis



absoluat. Per christũ dñm nostrũ. Et finiatur sic. Et dicãtur omnes orationes sequentes cum Oremus. nec dicatur Dominus vobiscum. nisi ante primam orationem tantum. Oratio.

Adsit q̃s dñe de⁹ famulis tuis inspiratio gratie salutaris: q̃ corda eoꝝ fletuũ vbertate resoluat: sicq̧ macerãdo ꝯficiat vt iracũdie tue mot⁹ idonea satisfactione cõpescat. Per christum dominum nostrum Oremus.

Da q̃s dñe de⁹ noster his famulis tuis continuã purgationis sue obseruantiam penitẽdo gerere: ꝛ vt hoc efficaciter implere valeant / gratia eos tue visitationis ꝓueniat ꝛ sequatur. Per xp̄m dominum nostrum. Oratio.

Preueniat hos famulos tuos q̃s dñe mĩa tua: vt omnes iniquitates eorum celeri indulgentia deleantur. Per christum dominum nostrum. Amen. Oratio.

Adesto dñe supplicatiõibus nostris: nec sit ab his famulis tuis clementie tue longinqua miseratio: sana vulnera eoꝝ remitte peccata: vt nullis iniquitatibus a te separati tibi dño semꝑ valeãt adherere. Per xp̄m. Oro.

Domine deus noster: q̃ offensione nostra nõ vinceris s; satisfactione placaris: respice q̃s super hos famulos tuos qui se tibi grauiter peccasse confitentur: tuum est enim

absolutionem criminum dare et veniam prestare peccantibus: qui dixisti penitentiam te malle peccatorum quam mortem. Concede ergo domine his /penitentie ut tibi excubias celebrent: et correctis actibus suis conferri sibi a te sempiterna gaudia gratulentur. Per christum dominum. Oratio.

Deus cuius indulgentia omnis homo indiget: memento famulorum famularumque tuarum. Et quia lubrica terrenaque corporis fragilitate nudati virtute in multis deliquerunt: quesumus ut des veniam confitentibus / parcas supplicibus: ut qui suis meritis accusantur: tua miseratione salventur. Per christum dominum. Hic non dicat Dominus vobiscum. neque Oremus. sed vertat se sacerdos ad populum: et extendens manum dicat super eos absolutionem hoc modo. Absolutio.

Absolvimus vos vice beati petri apostolorum principis cui collata est potestas a domino ligandi atque solvendi: et quantum ad vos pertinet accusatio / et ad nos remissio: sit vobis omnipotens deus vita et salus: et omnium peccatorum vestrorum pius indultor. Qui vivit et regnat cum deo patre in unitate spiritus sancti deus. ¶ Tunc surgant omnes a prostratione osculantes formulas vel terram sacerdote dicente sic. Qui vivit. etc. Deinde fiat benedictio cinerum a sacerdote sine Dominus vobiscum. et sine Oremus. hoc modo incipiente.

Omnipotens sempiterne deus qui misereris omnium et nichil odisti eorum que fecisti: dissimulans peccata hominum propter penitentiam: qui etiam subvenis in necessitate laborantibus / bene ✠ dicere et sancti ✠ ficare digneris hos cineres quos causa humilitatis et sancte religionis ad emundanda nostra delicta / super capita nostra more ninivitarum ferre constituisti. Et da per invocationem sancti tui nominis: ut omnes qui eos ad deprecandam misericordiam tuam super capita sua tulerint: a te mereantur cum delictorum suorum veniam accipere: et hodie sic eorum sancta inchoare ieiunia: ut in die resurrectionis purificatis menti-

bus ad sanctū mereant accedere pascha: & in futuro perpetuā accipere gloriā. Per xpm. ¶ Hic aspgant cineres aqua benedicta: deinde dicatur Dñs vobiscū. et Oremꝰ. Oratio.

Deus qui non mortē sed penitentiam desideras peccatorum: fragilitatē conditionis humane benignissime respice: & hos cineres quos causa preferende humilitatis atqꝫ promerende venie capitibus nostris imponi decreuimus: bene ✠ dicere pro tua pietate digneris: vt q̄ nos cineres esse monuisti: et ob prauitatis nostre meritū in puluerē reuersuros cognouimus: pctōꝝ oīm veniā & premia penitētibus repromissa misericorditer cōsequi mereamur. Per dominū. Postea distribuant cineres hoc modo. Executor officij in sede episcopali: & due excellentiores persone stolis amicti ex vtraqꝫ parte chori in stallis suis capita quorūcūqꝫ ad se venientiuꝫ signo crucis cineribus signēt dicendo.

Memēto homo qꝛ cinis es & in cinerem reuerteris. In nomīe patris. &c. Interim cantentur antiphone vt in processionali continetur. Percātatis aīis dicat sacerdos ad gradum chori Dominus vobiscū. et Oremus. Oratio.

Deus qui iuste irasceris et clementer ignoscis / afflicti populi tui lachrymas respice: & irā tue indignatiōis quā iuste meremur propitiatus auerte. Per xpm. Oremꝰ.

Concede nobis q̄s dñe p̄sidia militie christiane sanctis inchoare ieiunijs: vt contra spiritales nequitias pugnaturi / continentie muniamur auxilijs. Per dñm nostrū. ¶ Tunc eat processio vt in processionalibus continetur.

Dominica in ramis palmarū post aspsionē aque benedicte legat hec lectio ante gradū altaris ab accolito alba induto: & hoc ex parte australi super flores et frondes cum suo titulo hoc modo. ¶ Lectio libri exodi.

In diebus illis. Venerūt filij israel ī helim: vbi erant duodecim fontes aquarum: & septuaginta palme: et

castrametati sunt iuxta aquas. Profecti sunt de helim: et venit omnis multitudo filiorum israel in desertum sin: quod est inter helim et sinai: quintodecimo die mẽsis secundi postquam egressi sunt de terra egypti. Et murmurauit omnis cõgregatio filiorum israel contra moysen et aaron in solitudine. Dixeruntque ad eos filij israel. Utinam mortui essemus per manus dñi in terra egypti quãdo sedebamus sup ollas carniũ: et comedebam⁹ panes in saturitate. Cur induxistis nos in desertũ istud: vt occideretis omnem multitudinẽ hanc fame? Dixit aũt domin⁹ ad moysen et aaron. Ecce ego pluam vobis panes de celo: egrediatur populus et colligat que sufficiunt per singulos dies: vt tentem eum vtrum ambulet in lege mea an non. Die aũt sexta parent quod inferant: et sit duplum quam colligere solebant per singulos dies. Dixeruntque moyses et aaron ad omnes filios israel. Uespere scietis quod dominus eduxerit vos de terra egypti: et mane videbitis gloriam domini. Audiuit enim murmur vestrum contra dñm. Nos vero quid sumus quia mussitatis contra nos? Et ait moyses. Dabit vobis dominus vespere carnes edere: et mane panes in saturitate: eo quod audierit murmurationes vestras: quibus murmurati estis cõtra eum. Nos enim quid sum⁹? Nec contra nos est murmur vestrum: sed cõtra dñm. Dixitque moyses ad aaron. Dic vniuerse congregationi filiorum israel. Accedite coram dño: audiuit enĩ murmur vestrum. Cumque loqueretur aaron ad vniuersum cetum filiorum israel: respexerunt ad solitudinem. Et ecce gloria domini apparuit in nube. ¶ Statim sequatur euãgelium: et legatur i eodem loco a diacono ad orientem conuerso more simplicis festi. post acceptam benedictionem cum Dñs vobiscũ. et Gloria tibi domine. more solito. ¶ Secundum Johãnem.

In illo tempore. Turba multa que conuenerat ad diẽ festũ: cũ audisset quia iesus venit hierosolymã / acce-

perũt ramos palmarꝝ: ⁊ processerũt obuiam ei: ⁊ clamabãt. Osanna bñdictus qui venit in nomine dñi: rex israel. Et inuenit iesus asellũ ⁊ sedit sup eũ: sicut scriptũ est. Noli timere filia sion: ecce rex tu⁹ venit tibi mãsuet⁹: sedẽs sup pullũ asine. Hec nõ cognouerũt discipli ei⁹ p̄rimũ: sed qñ glorificatus est iesus: tũc recordati sũt q̄ hec scripta erãt de eo: ⁊ hec fecerũt ei. Testimoniũ ergo perhibebat turba q̄ erat cum eo qñ lazarꝫ vocauit de monumẽto: ⁊ suscitauit eũ a mortuis. Propterea ⁊ obuiã venit ei turba: q̄ audierũt eũ fecisse hoc signũ. Pharisei ergo dixerũt ad semetipsos. Uidetis q̄ nichil proficim⁹: ecce mũdus totus post eum abijt. ¶ Finito euangelio sequatur bñdictio florũ ⁊ frondium a sacerdote cappa serica rubea induto: super gradum altaris ad australem conuerso: coram dextro cornu altaris. hoc modo.



Exorcizo te creatura florũ ⁊ frondiũ in nomine dei patris oĩpotẽtis: ⁊ in noĩe iesu ✠ christi filij ei⁹ dñi nr̃i: ⁊ in ṽtute spiritus ✠ sancti. Proinde omnis virt⁹ aduersarij: omnis exercitus diaboli: oĩs potestas inimici: omnis incursio demonum: eradicare ⁊ explantare ab hac creatura florũ ⁊ frondium: vt ad dei gratiam festinantium vestigia insidiando non assequaris.

Per eum qui ventur⁹ est iudicare viuos ⁊ mortuos ⁊ seculũ per ignem. Amen.

¶ Deinde sequantur he sequentes orationes sine Dñs vobiscum. sed tantũ cũ Oremus. ⁊ finiantur sub tono lectionis vtš. Oratio.

Bñdictio frondiũ.

OMnipotens sempiterne deus: qui in diluuij effusione noe famulo tuo per os columbe gestantis ramũ oliue pacem terris redditam nũciasti. Te supplices exoramꝰ: vt hanc creaturam florũ ⁊ frondiũ: spatulasq; palmarum seu frõdes arborꝫ quas afi ꝯspectũ glie tue offerimꝰ / Vitas tua scti✠ficet: vt deuotꝰ populꝰ in manibꝰ eas suscipiẽs: bñdictiõis tue gratiam consequi mereatur. Per xp̄m. Oratio.

DEus cuius filius pro salute generis humani de celo descendit ad terras: ⁊ appropinquante hora passionis sue hierosolymã in asino sedẽs venire / ⁊ a turbis rex appellari ⁊ laudari voluit. Auge fidẽ in te sperantiũ: ⁊ supplicũ preces clementer exaudi. Veniat quesumꝰ dñe sup nos mĩa tua: ⁊ hos palmarũ ceterarumq; arborum ramos bene✠dicere dignare: vt omnes qui eos laturi sunt benedictionis tue dono repleantur. Concede ergo vt sicut hebreorum pueri osanna in excelsis clamãtes eidem filio tuo dño nostro cũ ramis palmarꝫ occurrerũt: ita nos arborũ ramos gestantes / cũ bonis operibꝰ occurramꝰ obuiam xp̄o: ⁊ perueniamꝰ ad gaudiũ sempiternũ. Per eũdẽ christum. Oratio.

DEus qui dispersa congregas et cõgregata ꝯseruas: qui populis obuiam christo iesu ramos palmarum ceterarũq; arborꝫ portantibus benedixisti. bene✠dic etiaꝫ ⁊ hos ramos palmarũ ceterarũq; arborũ: quos famuli tui ad tui nominis benedictionẽ fideliter suscipiunt: vt ĩ quencũq; locũ introducti fuerint / tuaꝫ benedictionem habitatores illius loci oẽs consequanꝫ: ita vt omni aduersa valitudine effugata dextera tua ꝓtegat quos redemit. Per eundem xp̄m. Hic aspergantꝫ flores ⁊ frondes aqua bñdicta ⁊ thurificenꝫ. deinde dicatur Dñs vobiscum. ⁊ Oremus Oratio.

DOmine iesu christe mundi conditor ⁊ redẽptor: q nostre liberatiõis ⁊ saluationis gratia: ex summa celi arce descendere ⁊ carnem sumere ⁊ passionem subire digna-

tus es: quiq; sponte propria loco eiusdẽ ppinquans passionis: a turbis cũ ramis palmarũ obuiantibus bñdici / laudari / & rex bñdict⁹ qui uenit in nomie dñi veniẽs clara voce appellari voluisti. Tu nunc nře cõfessiõis laudationẽ acceptare: & hos palmarũ ceterarũq; arborũ ac florũ ramos bñ ✠ dicere & sancti ✠ ficare digneris: vt quicũq; in tue virtutis obsequio exinde aliqd tulerit: bñdictiõe celesti sanctificatus: pctõr remissionẽ / & vite eterne premia pcipere mereat. Per te iesu xpe saluator mũdi rex glorie: q cum. &c. His ita pactis statĩ distribuant palme & interim cãtẽt he due ãn.

Pueri hebreorum tollentes ramos oliuarum obuiauerunt domino clamantes & dicentes osanna in excelsis. Alia ãn. Pueri hebreorum vestimenta prosternebant in via & clamabant dicentes osanna filio dauid benedictus qui venit in nomine domini.

Feria quinta in cena dñi. In primis fiat recõciliatio penitẽtiũ hoc mõ. Nona cãtata eat pcessio sicut i capite ieiunij.

Pergat excellentior sacerdos ad ostium ecclesie occidentis indutus vestibus sacerdotalib⁹ in cappa serica rubea: cū duobus diaconis albis cū amictibus indutis: absq3 subdiacono et sine cruce per medium chori precedēte vexillo cilicino: sint q3 pñtes in atrio eccl'ie q̄ recōciliādi sunt. Et si eps̄ adest principalis archidiaco. ex pte penitētiū. s. extra ostiū eccl'ie i cappa serica legat hāc lectionē sequentē: q̄ non legat epo absente.

Adest tēpus (o venerande pontifex) votiuum afflictis: acōgruū penitētibus: optabile tribulatis. Assunt filij tui pater quos deo per spiritum sanctum vera mater eccl'ia peperit: s3 iterū suadēte diabolo a sua itegritate corruptos atq3 miseros factos exules: nouis quotidie doloribus ingemiscit. Pro his suppliciter orat: quicunq3 felices in sinu suo remanserunt: quiq3 diuina protegente se clementia fide stabiles persistiterūt. Parce hodie pater: et toto bonitatis tue impetu fluat nobis fons ille dauid patens in ablutione mēstruate mulieris: nulli improperās / nullū reijciens / nullū excludēs. Quāuis eni a diuitijs superne pietatis nichil tēporis vacet: nunc tamen largior est per indulgentiā remissio peccator: et copiosior est per gratiā assumptio renascentiū. Accepisti a dño annulū discretiōis et honoris: vt q̄ signāda sunt signes: et que aperienda sunt pdas: et q̄ liganda sūt liges: et que soluēda sunt soluas: atq3 credentib⁹ fidē baptismatis / lapsis aūt et penitētibus per mysterium recōciliationis ianuas regni celestis aperias. Lauāt aque: lauāt lachrymę. Maria fleuit: et suscepta est. Negauit apostolus: et q2 fleuit amarissime / restitut⁹ est. Publican⁹ de teloneo apostolatū meruit: latro de cruce paradisum intrauit. Susceptus est a patre clementissimo filius ille iunior: qui tamen porcos pauit: qui paterne hereditatis preciosa stipendia infeliciter dissipauit. Inde etiā est q̄ hodie tui supplices: postea q̄ in varias formas criminum: neglectu mādatorū celestium

⁊ mox probabiliũ trãsgressione ceciderũt: hũiliati sint at-
q; prostrati ꝓphetica voce dicẽtes. Peccauimꝰ cũ pr̃ibꝰ no-
stris: iniuste egimꝰ / iniquitatẽ fecimꝰ. Mãducauerũt sicut
scriptum est panem doloris: lachrymis stratum rigauerũt:
cor suũ luctu / corpꝰ suũ afflixerũt ieiunijs: vt aĩaꝝ reciperẽt
quã perdiderãt sanitatẽ. Plorat cũ istis: imo pro istis plora
re ⁊ orare nõ desistit mater sctã ecclia: ⁊ lachrymę eiꝰ in ma-
xillis eiꝰ: q; tempus miserendi eius. Moueat pietatẽ tuam
vox fidelis ⁊ flebilis: moueat gemitꝰ ⁊ habitꝰ ipse miseroꝝ.

¶ Finita lectione incipiat episcopus ãn. scilicet infra predi-
ctum ostium conuersus ad borealem signũ faciendo cũ ma
nu sua dextera ad penitentes quasi illos vocando.

Veni te veni te venite

Deinde ex pte penitẽtiũ. s. extra ostiũ dicat ita diaconus. Flectamꝰ genua.

Aliꝰ diaconus ex parte epi dicat Leuate.

Ita dicat tribꝰ vicibꝰ: sic tñ q; pꝰ tertiã repetitionẽ ãn. nõ dicat Flectamꝰ ge. s; chorꝰ prosequat totã ãn. cãto. ici. hoc mõ.

Filij audite me timorem domini docebo vos. ps.


Benedicam dñm in omni tẽpore: semp laus eiꝰ in ore meo.
Totus psalmus dicitur sine Gloria patri. ⁊ post vnũquẽq;
v. repetat ãn. Venite. Dum ps cantatur a toto choro cum
aña: semper manuatim penitentes ab aliquo presbytero de
choro: habitu non mutato: reddantur sacerdoti executori

officij: & ab ipso restituant eccl'e gremio. Tu͂ si eps p̄sens fuerit: penitētes a presbyteris archidiacono: & ab archidiacono reddant ep̄o: & ab ip̄o ecclesie gremio. Quib⁹ expletis processio more solito in choru͂ redeat. Deinde p̄sternāt se oēs clerici: & dicant septē psalmos penitētiales in choro. Sacerdos vero cu͂ suis ministris per se an̄ altare dicat cu͂ **Gloria patri. & Sicut erat.** & cu͂ ān **Ne reminiscaris.** Qua finita sequatur **Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Pat nr̄** & hec omnia sine nota dicant tam a sacerdote cu͂ suis ministris: q̄ a toto choro. deinde erigat se sacerdos & dicat sup populum conuersus ad australē coram dextro cornu altaris sic.



Et ne nos inducas in tētationē. Sed libera nos a malo. Saluos fac seruos tuos & ancillas tuas. Deus meus sperātes in te. Conuertere dn̄e vsq̄quo. Et deprecabilis esto sup seruos tuos. Mitte eis dn̄e auxilium de sancto. Et de sion tuere eos. Adiuua nos deus salutaris noster. Et propter gloriam nominis tui domine libera nos: & propiti⁹ esto peccatis nostris propter nomen tuum. Domine exaudi orationem meam. Et clamor me⁹ ad te veniat. Dominus vobiscum. Et cum spiritu tuo. Oremus. Oratio.

Adesto domine supplicationibus nostris: & me q̄ etiā misericordia tua primus indigeo clementer exaudi. Et quē nō electione meriti sed dono gratie tue cōstituisti huius operis ministrum: da fiduciam tui muneris exequendi: & ip se in nostro ministerio quod tue pietatis est operare. Et sic finitur.



Per dominum nostru͂ iesum xp̄m filiu͂ tuu͂ Qui tecu͂ viuit & regnat in vnitate sp̄us sā cti deus. Per oīa secula seculoꝝ. Amen. Et dicunt oēs oratiōes sequētes cu͂ Oremus.


Et finiãtur sub tono supradicto. Non dicitur Dñs vobiscũ. nisi ante primã orationem tantum. Alia oratio.

DEus humani generis benignissime conditor/ et misericordissime reformator: qui hominẽ inuidia diaboli ab eternitate deiectum vnici filij tui precioso sanguine redemisti: viuifica hos famulos tuos quos tibi nullatenus mori desideras: et qui nõ derelinquis deuios: assume correctos. Moueant pietatẽ tuam quesumus domine horũ famulorum tuorum lachrymosa suspiria. Tu eorum medere vulnerib⁹: tu iacentibus manum porrige salutarẽ: ne ecclesia tua aliqua sui corporis portione vastetur: ne grex tuus detrimentum sustineat: ne de familie tue damno inimicus exultet: ne renatos lauacro salutari mors secunda possideat. Tibi ergo dñe supplices pces cordis et fletuũ effundimus: tu parce cõfitentibus: vt sic in hac mortalitate peccata sua te adiuuante defleant: quatenus in tremendi iudicij die sententiã dãnationis eterne euadant: et nesciant pijssime pater quod terret in tenebris/ qd stridet i flammis: atq ab erroris sui via ad iter reuersi iustitie/ nequaq vltra vulnerib⁹ sauciẽtur: sed itegrũ sit eis atq perpetuũ et qd gratia tua cõtulit: et qd misericordia reformauit. Per xpm dñm nostrum. Oremus. Oratio.

DOmine sancte pater omnipotens eterne deus: qui vulnera nostra curare dignatus es: te supplices exoramus et petim⁹ nos humiles tui sacerdotes vt nostris precibus aurem tue pietatis inclinare digneris: atq ad penitentiam confessione mouearis: remittasq omnia crimina: et peccata vniuersa condones: desq his famulis tuis domine pro supplicijs veniam: pro merore letitiam: pro morte vitam. Ut qui ad tantam opem celestis apicis deuoluti sunt: de tua misericordia cõfidentes /ad bona pacifici premij tui atq ad celestia dona peruenire mereantur. Per dñm nostrũ iesum christum. Hic non dicitur Oremus. sed absolutio.

Feria, v,

Absoluimus vos vice beati petri apostolorum principis: cui dedit dñs potestatem ligandi atq3 soluēdi. Et quantũ ad vos pertinet accusatio: & ad nos remissio: sit vobis omnipotens deus vita & salus: & omnium peccatorũ vestrorum pius indultor. Qui viuit & regnat cum deo patre in vnitate spiritus sancti deus Per omnia secula seculorum. Amen. Et sic surgant omnes a prostratione osculantes terrã vel formulas: sacerdote sic dicente Qui viuit. &c. Tamen si episcopus adest fiat bñdictio super populum adhuc in prostratione hoc modo. Benedictio dei patris omni ✠ potentis et fi ✠ lij et spi ✠ ritus sancti descendat super vos & maneat semper. ℟. Amen. Deinde incipiatur missa: vt in graduali continetur. Et postea tres pueri ante olei cõsecrationem in superpelliciis ad gradum chori stantes simul cantent hunc hymnum.





O Redemptor sume carmen temet concinentium.

Chorus idem repetat post vnũquemq3 ℣. Pueri. versus.



Audi iudex mortuorum vna spes mortalium: audi voces proferentum donum pacis premium.



Chorus. O redemptor. pueri. ℣.



Arsit flamen sacrosanctum olim per diluuium qui

ramum tulit o liue ad arcam ec clesie. Chorus. O redẽptor. pueri. Vs.

Arbor feta alma luce hoc sacrandum protulit fert: hoc prona presens turba saluatori seculi. Chorus. O redẽptor. pueri. Vs.

Consecrare tu dignare rex perennis patrie hoc oliuum signũ viuum contra iura demonũ. Chorus. O redẽptor. pueri. Vs.

Vnguetur sexus omnis vnctione chrismatis & medetur sauciata dignitatis gloria. Chorus. O redẽptor pueri. Vs.

Stans ad aram immo supplex infulatus pontifex debitum persoluat omne

Chorus. O redēptor. pu-

consecrato chrismate. eri. Vs. N ota mēte sacro fonte

effugātur crimina: viua mēte sacrosancta influit charis

Chorus. O redēptor. pu-

mata. eri. Vs. S it dies hec festa nobis seculorum seculis

Chorus. O redēptor. pu-

sit sacrata laude digna nec senescat tempore. eri. Vs.

S it hec dies leta cunctis festiua fidelibus: auge fidē dona


Chorus. O redēptor. pu-

pacem in nostris temporibus. eri. Vs. L aus perennis

deo patri gloriaque filii d: honor virtus et potestas am-

borum paraclito. Chorus. O redemptor. Post prandium cōue. oēs clerici ad ecclesiā ad altaria abluēda et ad mādatū faciēdū vt i proces. cōti. Peracta ablutiōe pedū ad mā-

datū/dictoq̧ sermone accipiāt charitatis potū. Quib⁹ rite peractis: vnus sacerdotum dicat preces has mō sequenti.



Suscepimus de⁹ misericordiā tuam. In medio tēpli tui. Tu mādasti. Mādata tua custodiri nimis. Ecce q̄ bonū ⁊ q̄ iocūdū. Habitare fratres i vnū. Dn̄e exaudi orōnē meā. Et clamor me⁹ ad te veniat. Dn̄s vobiscū. Et cū. Orem⁹.

Adesto quesum⁹ dn̄e officio seruitutis nostre: quia tu pedes lauare dignat⁹ es tuis discipulis: ne despicias opera manuum tuarum que nobis retinenda mandasti: et sicut hic exteriora abluunt̄ inquinamenta corporū: sic a te omnium nostrorum interiora mundentur peccata. Quod ipse prestare digneris. Qui cū patre ⁊ spiritu sancto viuis ⁊ gloriaris de⁹. Per omnia secula seculorū. Amen. ¶ Si vero nullus assit clericus sermonem faciens/ceteris vt prius peractis: post ablutionē pedū dicūtur preces predicte. Deinde legatur sequens euangeliū a quodā diacono de secunda forma i suppellicijs ad modū lectiōis cū suo titulo: bn̄dictione prius petita ab excellentiore: fratrib⁹ interim charitatis potum sumētibus: ⁊ legat̄ vsq̧ ad illū locū. Surgite eam⁹ hinc. ⁊ ita recedant. Euangelium. Secundum Johānem.

In illo tēpore. Dixit iesus discipulis suis. Amē amen dico vobis: non est seruus maior domino suo: neq̧ apostolus maior eo q̄ misit illum. Si hec scitis: beati eritis si feceritis ea. Non de omnib⁹ vobis dico. Ego scio quos elegerim: sed vt impleatur scriptura. Qui manducat panē mecum: leuabit contra me calcaneū suū. Amodo iam dico vobis priusq̄ fiat: vt cum factum fuerit/credatis quia ego sū. Amen amen dico vobis: quia qui accipit si quem misero/me accipit: qui autem me accipit: accipit eum qui me misit. Cū


hec dixisset iesus: turbatus est spū: ⁊ protestatus est ⁊ dixit.
Amē amen dico vobis: quia vnus ex vobis me tradet. Aspi-
ciebant ergo ad inuicem discipuli: hesitātes de quo diceret.
Erat autem recumbens vnus ex discipulis eius in sinu ie-
su. Innuit ergo huic simō petr⁹: ⁊ dixit ei. Quis est de quo
dicitur? Itaqȝ cum recubuisset ille supra pect⁹ iesu: dixit ei.
Domine quis est? Respondit Iesus. Ille est cui ego itinctū
panem porrexero. Et cum intinxisset panem: tradidit iude
simōis scariothis. Et post buccellam: tunc introiuit in illū
sathanas. Et dixit ei iesus. Quod facis: fac citius. Hoc au-
tem nemo sciuit discumbētium: ad quid dixerat ei. Quidaȝ
aūt putabāt quia loculos habebat iudas: quia dixisset ei ie
sus. Eme ea que nobis opus sunt ad diē festum: aut egenis
vt aliquid daret. Cum ergo accepisset ille buccellam: exi-
uit continuo. Erat auteȝ nox. Cum autem exisset: dixit Je
sus. Nunc clarificatus est filius hominis: ⁊ de⁹ clarificat⁹
est in eo. Si deus clarificatus est in eo: ⁊ deus clarificabit eū
in semetipso: ⁊ continuo clarificabit eū. Filioli adhuc modi
cum vobiscum sum. Queretis me: ⁊ (sicut dixi iudeis) quo
ego vado vos non potestis venire. Et vobis dico modo. Mā
datum nouum do vobis: vt diligatis inuicē sicut dilexi vos:
vt ⁊ vos inuicem diligatis. In hoc cognoscent omnes quia
discipuli mei estis: si dilectionem habueritis ad inuicem. Di
cit ei simon petr⁹. Domine quo vadis? Respōdit iesus. Quo
ego vado non potes me modo seq̄: sequeris autem postea.
Dicit ei petrus. Quare non possum te modo sequi? Animā
meam pro te ponam. Respondit Jesus. Animam tuam po
nes pro me? Amen amen dico tibi: non cantabit gallus do-
nec ter neges me. Et ait discipulis suis. Non turbetur cor ve
strum: neqȝ formidet. Creditis in deum: ⁊ in me credite. In
domo patris mei: mansiones multe sunt. Si quo minus di-
xissem vobis: quia vado parare vobis locum. Et si abiero ⁊

preparauero vobis locum: iterum veniam et accipiam vos ad meipsum: vt vbi ego sum & vos sitis. Et quo ego vado scitis: & viam scitis. Dicit ei Thomas. Domine: nescimus quo vadis. Et quomodo possumus viam scire? Dicit ei Jesus. Ego sum via / veritas / & vita. Nemo venit ad patrem: nisi per me. Si cognouissetis me: & patrem meum vtique cognouissetis. Et amodo cognoscetis eum: et vidistis eum. Dicit ei Philippus. Domine ostende nobis patrem: et sufficit nobis. Dicit ei Jesus. Tanto tempore vobiscum sum: et non cognouistis me? Philippe: qui videt me videt et patrem meum. Quomodo tu dicis: ostende nobis patrem? Non creditis quia ego in patre & pater in me est? Verba que ego loquor vobis: a meipso non loquor. Pater autem in me manens: ipse facit opera. Non creditis quia ego in patre et pater in me est? Alioquin propter ipsa opera credite. Amen amen dico vobis: qui credit in me / opera que ego facio et ipse faciet: et maiora horum faciet: quia ego ad patrem vado. Et quodcunque petieritis patrem in nomine meo / hoc faciā: vt glorificetur pater in filio. Si quid petieritis patrem in nomine meo: hoc faciam. Si diligitis me / mandata mea seruate. Et ego rogabo patrem: et alium paraclitum dabit vobis: vt maneat vobiscum in eternum. Spiritum veritatis quem mundus non potest capere: quia non videt eum nec scit eum. Vos autē cognoscetis eum: quia apud vos manebit & in vobis erit. Non relinquam vos orphanos: veniam ad vos. Adhuc modicum: & mundus iam nō videt me. Vos autē videbitis me: quia ego viuo & vos viuetis. In illo die vos cognoscetis quia ego sum in patre meo: & vos in me: et ego in vobis. Qui habet mandata mea & seruat ea: ille est q̄ diligit me. Qui autē diligit me: diligetur a patre meo. Et ego diligam eū: & manifestabo ei meipsum. Dicit ei iudas: non ille scariothis. Domine q̄d factum est: q̄ manifestaturus es

nobis teipsum et non modo? Respondit iesus et dixit ei. Si quis diligit me: sermonē meū seruabit: et pater me⁹ diliget eum: et ad eū veniem⁹: et mansionem apud eum faciemus. Qui non diligit me/ sermōes meos nō seruat. Et sermonē quē audistis nō est me⁹: sed eius q̄ misit me p̄ris. Hec locut⁹ sum vobis: apud vos manens. Paraclitus autem spiritus sanctus quem mittet pater in nomine meo: ille vos docebit omnia: et suggeret vobis omnia quecunq; dixero vobis. Pacem relinquo vobis: pacem meam do vobis. Non quomodo mūdus dat: ego do vobis. Non turbetur cor vestrū: neq; formidet. Audistis q2 ego dixi vobis: vado et venio ad vos. Si diligeretis me/ gauderetis vtiq; q2 vado ad patrē: quia pater maior me est. Et nunc dixi vobis priusq̄ fiat: vt cū factum fuerit credatis. Jam non multa loquar vobiscū. Venit eni princeps mundi hui⁹: et in me non habet quicq̄. Sed vt cognoscat mundus quia diligo patrem: et sicut mādatū dedit michi pater/ sic facio. Surgite eamus hinc.

Sabbato in vigilia pasche: congregatis clericis in choro dictaq; hora. ix. executor officij indut⁹ vestibus sacerdot. in cappa serica rubea: diacon⁹ dalmatica: subdiaconus tunica induti cum ceteris ministris altaris albis cum amictib⁹ īdutis: sine lumine et cereis: et sine cruce et sine igne in thuribulo: quidā etiā de prima forma. s. accolit⁹ in superpellicio cereū extinctū ex trib⁹ candelis tortis ī vnū ī parte īferiori: et ī supiori ab īuicē diuisis: sup quādā hastā deferēs: et processi. procedēs post portionem aque bn̄dicte per mediū chori ad fontes et ad nouū ignem benedicendum processionaliter eāt choro sequente: habitu nō mutato: excellentioribus precedentibus. Et ad columnā ex parte australi iuxta fontem: vbi sacerdos executor officij ignem benedicat: qui accendatur ibidem videlicet in medio inter duas columnas. In eundo vero dicitur p̄s **Dn̄s illuminatio.** sine nota et sine

Gloria patri, alternatim a toto choro. Hoc modo fiat statio ad ignē benedicendū. Sacerdos vero iuxta ignē stet ad oriētem conuersus: & ad sinistrū eius stet dia. subdiacon⁹ ad sinistrū diaconi vn⁹ vero ceroferari⁹ stet sacerdoti oppositus: ad dextrū cui⁹ stet puer ferens librū ꝓximior sacer. alt⁹ vo ceroferari⁹ stet retro sacer. ad dextrū cui⁹ stet portitor aque ꝓximior sacer. & vlti. loco retro oēs a parte occidentali stet portitor haste cū cereo. & ex alia parte ignis videlicet ex parte australi stet thuribu. ad accipiēdum ignē in thuribulum post bñdictionē oib⁹ istis ministris ad sacer. ɔuersis: choro interī circūstante videlꝫ ex parte boreali vt patꝫ vbi ꝓtrahit statio. Sequat bñdictio ignis solēniter a sacerd. icipiēte sic.



Dominus vobiscum. Oremus.

Domine deus noster pater omnipotens: lumen indeficiens: conditor omnium luminū: exaudi nos famulos tuos & bene ✠ dic hunc ignem: qui tua sanctificatione atqꝫ benedictione consecretur. Tu illuminans omnē hominem venientē in hunc mūdū / illumina conscientias cordis nostri igne tue charitatis: vt tuo igne igniti / tuo lumie illuminati: expulsis a cordib⁹ nostris peccatorū tenebris: ad vitā te illustrante peruenire mereamur eternā. Et sicut illuminasti ignē moysi famulo tuo per colūnam ignis ābulāti in mari rubro: ita illustra nostrum lumē: & cādela q̄ de eo fuerit accensa in honore maiestatis tue semp ꝑseueret bñdicta: vt q̄cūqꝫ ex eo lumie portauerit sit illuminat⁹ lūine grē



spiritualis. Per dominū nostrū. &c. seculorum. Amen.

¶ Omnes orationes dicuntur cum Oremus. sub tono pdicto. Hic aspergatur aqua benedicta sup ignem. Deinde dicatur Dominus vobiscum. et Oremus. Oratio.

Domine sancte pater omnipotẽs eterne deus bene ✠ dicere ꝛ sanctifi care digneris ignẽ istũ: quẽ nos indigni per inuocationẽ vnigeniti filij tui dñi nostri iesu xpi benedicere psumim⁹. Tu clemẽtissime pater eũ tua bñdictiõe san ✠ ctifica: ꝛ ad profectum generis humani peruenire cõcede. Per eundem xpm dominum nostrum. Oremus.

Celesti nos lumine quesumus domine semp et vbiqꝫ preueni: vt mysterium cuius nos participes esse voluisti: ꝛ puro cernam⁹ intuitu / et digno pcipiamus effectu. Per dominum nostrum iesum xpm filium tuum. ¶ Deinde sequatur bñdictio thymiamatis siue incensi hoc modo.

Exorcizo te immundissime spiritus: ꝛ omne fantasma inimici. In nomine dei patris omnipotentis: ꝛ in nomine filij eius iesu christi domini nostri: vt exeas ꝛ recedas ab hac creatura thymiamatis siue incensi: cum omni fallacia atqꝫ nequitia tua. vt sit hec creatura sanctificata in nomine eiusdẽ domini nostri iesu christi: vt omnes gustãtes / tangentes / siue odorantes eam: virtutem ꝛ auxilium percipiãt spiritus sancti. Ita vt vbicunqꝫ hoc incensum vel thymiama fuerit: ibidem nullatenus appropin quare audeas: nec aduersa inferre presumas: sed quicunqꝫ spiritus immũde es / cũ omni versutia tua pcul inde fugias atqꝫ discedas adiuratus. Per virtutem ꝛ nomẽ dei patris omnipotentis ꝛ iesu christi filij eius domini nostri: qui venturus est in spiritu sancto iudicare viuos ꝛ mortuos: ꝛ te preuaricatorem: et seculum per ignem. Amen. Oratio.

Eternam ac iustissimã pietatem tuã deprecamur domine sancte pater omnipotens eterne de⁹ vt bene ✠ dicere digneris hãc thymiamatis vel incensi speciem: vt sit

excelse maiestati tue in odorem suauitatis acceptum. Sit a te hec species benedicta: sit per inuocationem sancti nominis tui sanctificata: vt vbicunque fumus eius peruenerit: extricetur et effugetur omne genus demoniorum: sicut incensum iecoris piscis quem raphael archangelus Tobiam famulum tuū docuit cum ascendit ad Sare liberationē. Per christum dominum nostrum. Amen. Oremus.

Descendat benedictio tua domine super hanc speciem incensi et thymiamatis: sicut in illo die de quo dauid ppheta tu⁹ cecinit dicēs. Dirigatur oratio mea sicut incensum in cōspectu tuo. Sit nobis odor cōsolatiōis suauitatis et gratie: vt fumo isto effugetur omne fantasma inimici mētis et corporis: vt sim⁹ pauli apostoli voce bonus odor deo. Effugiāt a facie hui⁹ incēsi et thymiamatis omnes demonis icurs⁹ sicut puluis a facie vēti: et sicut cera a facie ignis. Presta hoc piissime pater boni odoris incensum ad opus ecclesie tue ob causā religiōis iugiter pmanere: vt mystica nobis significatione spiritualiū ūtutū fragrans ostēdat odor suauitatē. Tua ergo qsumus omnipotens deus immense maiestatis dextera hanc creaturā bene ✠ dicere ex diuersarum rerum conmixtione confectam dignare: et in virtute sācti tui nominis omnes immundorum spirituum fantasticos incursus effugare: oēsque morbos reddita sanitate expellere: vt vbicūque fumus aromatum ei⁹ afflauerit: mirabilit possit atque in odore fragrantissimo tibi ppetua suauitate redolere. Per christum dominum nostrum. Amen.

¶ Postea impleat thuribulum de carbonibus cum incēso: et incēdat nouus ignis: deinde accendatur cereus sup hastam de nouo igne: ceteris luminaribus prius extinctis: et redeat processio more solito in chorum. In redeūdo duo clerici de secunda forma in superpelliciis post sacerdotem incedentes cantent hos versus sequentes hoc modo.

In vigilia



Nuentor rutili dux bone luminis qui certis vici-

bus tempora diuidis merso sole chaos in gruit horri

dum lumē redde tuis christe fideli bus.

Chorus idē repetat post vnū quēq; V. Clerici. Vsus.


Quāuis innumero sydere regiā lunariq; polum lāpade

pinxeris incussu silicis lu mina nos tamē mōstras saxige

no semine quere re. Ne nesci ret homo spē sibi luminis

in xpi solido corpore conditā q̄ dici stabilē se voluit petrā

nostris igniculis vnde gen9 ve nit. Splēdēt er go tuis



Quo cātato sequatur benedictio cerei paschalis ab ipso dia-
cono ad processionem induto post acceptam benedictionem
ad borealem cōuerso ad gradum p̄sbyterij: ceroferarijs dia-
cono assistentibus vno a dextris reliquo a sinistris ad ipsum
conuersis: cereis extinctis. Subdiaconus vero textum te-
nens stet ei oppositus: iuxta quem stet portitor haste ex vna
parte: et ceroferarius cuiuscunq; parui cerei ad fontes be-
nedicendos ex altera parte eodem modo conuersi: post dia-
conum vero stet thuribularius. Diaconus accepta prius
benedictione a sacerdote executore officij dicat. **Exultet iā angelica turba celor.** &c. quam zozimus papa cōstituit sic.

Benedictio cerei.



xultet iam angelica turba celo[rum]: exultent diuina mysteria et pro tanti regis victoria tuba intonet salutaris. Gaudeat et tellus tantis irradiata fulgoribus & eterni regis splendore lustrata totius orbis se sentiat amisisse caliginem. Letetur & mater ecclesia tanti luminis adornata fulgoribus & magnis populo[rum] vocibus hec aula resultet. Qua[pro]pter astantibus vobis fratres charissimi ad tam miram sancti hui[us]

luminis claritatem vn a mecū queso dei omnipotentis

misericordiā inuoca te. Ut qui me nō meis meri-

tis intra leuitarum numerū aggregare dignat⁹ est: lumi-

nis sui gratia īfūdēte cere i huius laudē implere per

fici at. Per dñm nostrū iesum christū filiū suū q̄ cum

e o viuit ꝫ regnat deus in vnitate spūs sācti. Per oīa se-

cula seculo rū. Amē. Domin⁹ vobiscū. Et cū spiritu tuo.

Sur sum corda. Habemus ad dominum. Grati as

agamus domino de o nostro. Dignum ꝛ iustum est.



Ere quia dignū ꝛ iustū est inuisibilē deū omni

potentem patrem filiumqꝫ eius vni genitū dominū no-

strum iesum xp̄m cū sancto spiritu toto cordis ac mentis

af fectu ꝛ vocis ministerio persona re. Q ui pro nobis


eterno patri ade debitum soluit ꝛ veteris piaculi cau-

tionem pio cruo re deter sit. Hec sunt enim fe-


sta paschalia in quibus verus il le agnus oc ciditur



eiusqꝫ sanguine postes consecrantur. Hec nox



est in qua pꝛimũ patres nostros filios israel eductos de egy




pto rubꝛum mare sicco vestigio transi re feci sti.




Hec igitur nox est que peccatoꝛum tenebꝛas co




lumne illuminatio ne purga uit. Hec nox



est q̃ hodie per vniuersũ mũdũ in xp̃o cre dẽtes a vitijs



seculi segregatos ⁊ caligine pctõꝛũ reddit gratie sociat



sanctitati. Hec nox ẽ i qua

destructis vinculis mortis christus ab inferis victor ascen-
dit. Ni chil enim nobis nasci profuit ni si redimi pro
fuisset. O mi ra circa nos tue pietatis digna-
tio. O inestima bi lis dilectio charitatis: ut
seruum redimeres filium tradidisti. O cer te
necessarium ade pec catum et nostrum quod christi morte
dele tum est. O felix culpa que talem ac tan-
tum meruit habere redempto rem. O

certe beata nox que sola meruit scire tempus et

ho ram in qua christus ab inferis resurre xit.

Hec nox est de qua scriptum est: et

nox ut dies illuminabitur et nox illuminatio mea

in deli cijs me is. Hu ius igitur

sanctificatio noctis fu gat scelera culpas lauat et

reddit innocentiam lapsis et mestis leticiam: fugat odia

concordiam parat et curuat impe ria. In huius

Bn̄dictio cerei.



igitur noctis gratia sus cipe sancte pater


Hic ponat᷑ incensum ab ipso dia-
cono in cereū siue in candelabrū
in modū crucis: similiter in par-
uum cereum portitore accedēte.



incēsi hui⁹ sacrificiū ve-




sperti nū. Quod tibi in hac cerei oblatio ne



so lenni per ministro rū man⁹ de ope rib⁹ apū sacrosan



cta reddit eccle sia. Sed iā colūne hui⁹ p̄co-



nia nouim⁹ quā in honorē dei rutilās ignis accen dit.

Hic accendatur cereus paschalis: ⁊ sic ardeat continue vsq; post completo. in die pasche. Accendatur etia; quotidie per hebdoma. pasche ad matutinas: ⁊ ad missam: ⁊ ad vespas. similiter fiat in octa. pasche. Omnibus vero dn̄icis ab octa. pasche vsq; ad ascensionem domini ad missam tantum accendatur. In die vero ascensionis domini sicut in octauis pasche. Accendatur etia; in his festis. s. marci euangeli. philippi ⁊ iacobi tantum. In annunciatione vero beate marie

quādo post octa. pasche celebrat. & in iuentiōe crucis sicut in octauis pasche accēditur.

Hic accēdāt oia lūina. p ecclesiā.

Qui licet sit diuis⁹ in partes. mutuati luminis detrimēta nō nouit: alitur liquātib⁹ ceris quas in substātiā precio se hui⁹ lampadis apes mater edu xit. O btā nox que expoliauit e gyptios ditauit hebreos: nox in qua terrenis celestia iunguntur. O ramus te do mine vt cereus iste in honorē nominis tui conse cratus ad noctis hu ius caliginem destruendam

In vigilia pasche,

ind eficiens perseue ret. In odore suã uita tis

acce ptus super nis luminaribus misce atur.

Flammas eius lucifer matuti nus inueniat. Il

le inquã lucifer qui nescit occasum. Il le qui

regressus ab inferis humano generi serenus illu xit.

Pre camur ergo te do mine vt nos famu-

los tuos omnem clerũ et deuotissimum populum vna

cum patre nostro papa N atque rege nostro. N

necnon et episcopo nostro R. quie te temporum concessa in his paschali bus gaudiis conserua re di gne ris. Qui sem per viuis regnas impe ras necnon et gloria ris solus de us solus altissimus ie su chri ste cum san cto spiri tu in gloria dei pa tris. Amen.

¶ Notandum est quod candelabrum cum cereo paschali debet amoueri feria. vi. in crastino ascensionis domini ante missam. Cereus iste christum designat siue columnam que fuit hebreis: scilicet lux noctis et vmbra diei.



Ordo ad catecuminum faciendum. In primis deferatur infans ad valuas ecclesie: et inquirat sacerdos ab obstetrice vtrum sit infans masculus an femina. Deinde si infans fuerit baptizatus domi: et quo noie vo-

cari debeat: licet eū baptizatus fuerit domi ꝓpter periculū mortis: tamē totū habeat subsequens seruitiū: preter imersionē aque ⁊ quo nomine debet vocari. Masculus autem statuetur a dextris sacerdotis: mulier vero a sinistris. His quesitis faciat signū crucis cū pollice in fronte infantis ita dicens. **Signū saluatoris dn̄i nostri iesu christi in frontem tuam pono.** et postea in pectore ita dicendo. **Signum saluatoris domini nostri iesu christi in pectus tuum pono.** ¶ Deinde tenēs manum dexteram super caput infātis dicat **Dominus vobiscum.** et **Oremus.**

Omnipotens sempiterne deus pater domini nostri iesu christi: respicere dignare super hunc famulum tuū vel **hanc famulam tuam.** Hic primo inquirat sacerdos nomen infantis: ⁊ respondeant patrini **N. quem vel quam ad rudimēta fidei vocare dignat⁹ es. Omnē cecitatē cordis ab eo** vel **ea expelle: disrūpe oēs laqueos sathane qb⁹ fuerit colligat⁹** vel **colligata. Aperi ei dn̄e ianuā pietatis tue: vt signo sapientie tue imbut⁹** vel **imbuta omniū cupiditatum fetoribus careat: ⁊ ad suauem odorem preceptorū tuorꝫ letus vel leta tibi in ecclesia tua deseruiat: ⁊ proficiat de die in diem: vt idone⁹** vel **idonea efficiatur accedere ad gratiam baptismi tui percepta medicina. Per eundem christum dominum nostrum. Amen.** Deinde dicatur oratio sine ~~Dominus vobiscum.~~ Sed cum **Oremus.** Oratio.

Preces nostras quesumus domine clementer exaudi: ⁊ hunc electū tuum vel **hanc electam tuam** Hic patrini ⁊ matrine nominent puerum **N. crucis dominice: cui⁹ impressione** Hic faciat sacerdos crucem in fronte infantis. **eum** vel **eam signam⁹ virtute custodi: vt magnitudinis glorie tue rudimenta seruans per custodiam mandatorū tuorꝫ ad noue regenerationis gloriam peruenire mereatur. Per christum dominum nostrum. Amen. Oremus.** Oratio.

DEus qui humani generis ita es cõditor vt sis etiã reformator/ propitiare populis adoptiuis: et nouo testamento sobolẽ noue prolis ascribe: vt filij promissiõis qd non potuerũt assequi per naturam: gaudeãt se recepisse per gratiã. Per dñm nr̃m. ¶ Exorcism⁹ salis. Sine Oremus.

EXorcizo te creatura salis in nomine dei patris omnipotentis: et in charitate dñi nostri iesu xp̄i: et in v̄tute spiritus sancti. Exorcizo te per deum viuum: per deũ verũ: per deum sanctuz: per deum qui te ad tutelam humani generis ꝓcreauit: et populo venienti ad credulitatẽ per seruos suos consecrari precepit: vt in nomine sancte trinitatis efficiaris salutare sacramentum ad effugandum inimicũ. Proinde rogam⁹ te dñe de⁹ noster: vt hanc Hic respiciat sacerdos sal. creaturam salis sanctificando sancti ✠ fices: bñdicendo bene ✠ dicas: vt fiat omnibus accipientibus ꝑfecta medicina ꝑmanens in viscerib⁹ eoꝝ v̄tute eiusdẽ dñi nr̄i iesu christi: qui venturus est iudicare viuos et mortuos et seculũ per ignẽ. ℟. Amẽ. Postea interroget sacerdos nomẽ pueri: et ponatur de ipso sale in ore eius dicendo N. Accipe sal sapientie vt propitius sit tibi deus in vitam eternam. Amen. Post salem datum dicat sacerdos super masculum vel feminam Dominus vobiscum. et Oremus. Oratio.

DEus patrum nostrorum: deus vniuerse cõditor creature: te supplices exoramus vt hunc famulum tuum vel hanc famulam tuam N. respicere digneris propitius: et hoc primum pabulum salis gustantem non diutius esurire permittas, quominus cibo repleatur celesti: quatenus sit semper domine spiritu feruens: spe gaudens: tuo nomini seruiens: et perduc eum vel eam ad noue regenerationis lauachrum: vt cum fidelibus tuis promissionum tuarũ eterna premia consequi mereatur. Per dominũ nostrum. Sequatur oratio super masculum tantum. sine Domin⁹ vo-

bisſum. ſed cum Oremus verte ad feminam.
Deus abrahã/ deꝰ iſaac/ deꝰ iacob/ deꝰ qui moyſi fa-
m.f. mulo tuo in mõte ſinai apparuiſti: et filios iſrael de
terra egypti eduxiſti: deputãs eis ãgelum pietatis tue: qui
cuſtodiret eos die ac nocte: te queſumus domine ut mittere
digneris ſanctũ angelum tuũ de celis q̃ ſimiliter cuſtodiat
hũc famulum tuum N. et perducat eum ad gratiam baptiſ-
mi tui. ſine Per chriſtum. ¶ Adiuratio ſuper maſculũ ſine
Dominus vobiſcum. et ſine Oremus. ſacerdote ſic dicente.
m.f. Ergo maledicte diabole recognoſce ſententiam tuaꝫ:
et da honorem deo viuo et vero: da honorem ieſu chri-
ſto filio eiꝰ et ſpiritui ſancto: et recede ab hoc famulo dei N.
quia iſtum ſibi deus et dñs noſter ieſus xp̃s ad ſuam ſanctã
gratiam et benedictionem fontemq; baptiſmatis: dono ſpi-
ritus ſancti vocare dignatus eſt. Et hoc ſignum ſancte cru
✠ cis. Hic faciat ſacerdos ſignum crucis in fronte infantis
cum pollice ſuo ita dicens. quod nos fronti eius imponimꝰ
tu maledicte diabole nunq̃ audeas violare. Per eum q̃ ven-
turꝰ eſt iudicare viuos et mortuos et ſeculũ p ignẽ. ℟. Amẽ.
Hec ſeq̃ns orõ dr̃ ſup maſculũ tm̃ ſine Dñs vo. et ſine Ore.
Deus immortale preſidium omnium poſtulantiũ/ li-
m.f. beratio ſupplicum/ pax rogantium/ vita credẽtiuꝫ/
reſurrectio mortuorum: te inuoco ſuper hunc famulũ tuuꝫ
N. qui baptiſmi tui donum petens: eternam conſequi gra-
tiam ſpirituali regeneratiõe deſiderat. Accipe eum dñe: et
qui dignatꝰ es dicere: petite et accipietis: querite et inuenie-
tis: pulſate et aperietur vobis, petenti premium porrige et
ianuam pande pulſanti: vt eternam celeſtis lauachri be-
nedictionem conſecutus: promiſſa tui muneris regna perci
piat. Qui viuis et regnas cũ deo patre in vnitate ſpiritꝰ ſan
cti deus: per omnia ſecula ſeculorũ. ℟. Amen. ¶ Adiuratio
ſup maſculũ tm̃ ſine Dñs vobiſcũ. et ſine Oremꝰ.

AUdi maledicte sathana adiuratus per nomen eterni dei & saluatoris nostri filij eius: cum tua vict⁹ inuidia tremens gemensq; discede: nichil tibi sit commune cū seruo dei N. iam celestia cogitanti / renunciaturo tibi ac seculo tuo: et beate immortalitati victuro. Da igitur honorem aduenienti spiritui sancto: qui ex summa celi arce descēdens: perturbatis fraudibus tuis: diuino fonte purgatum pectus id est sanctificatum deo templum & habitaculū perficiat: vt ab omnibus penitus nostris preteritorum criminū liberatus: hic seruus dei gratias perenni deo referat semp: & benedicat nomen eius sanctum in secula seculorum amē. .m.t.

¶ Exorcismus super masculum tantum sine Oremus.

EXorcizo te immunde spiritus in nomine dei patris: et filij: et spiritus sancti: vt exeas et recedas ab hoc famulo dei respice N. ipse enim tibi imperat maledicte damnate atq; damnande: qui pedibus super mare ambulauit: & petro mergenti dexteram porrexit. Sequat adiuratio Ergo maledicte. vt supra. Hec sequens oratio dicat super feminam tantum sine Dominus vobiscum. & sine Oremus. m.t.

DEus celi / deus terre / deus angelorū / deus archangelorum / deus patriarcharum / deus prophetarū / deus apostolorum / deus martyrum / deus cōfessorum / de⁹ virginum / deus omnium bene viuentium / deus cui omnis lingua ꝯfitetur & omne genu flectitur: celestium / terrestriū / & infernorum: te inuoco domine sup hanc famulam tuam respice N. vt perducere eam digneris ad gratiam baptismi tui. ¶ Sequatur adiuratio super feminam.

ERgo maledicte diabole recognosce sentētiā tuā: & da honorē deo viuo & vero: & da honorem iesu xp̄o filio ei⁹ & spiritui sancto: & recede ab hac famula dei N. q2 istā sibi de⁹ & dominus noster iesus christus ad suā sanctā gratiam & benedictionem: fontemq; baptismatis: dono spiritus

sancti vocare dignatus est. Et hoc signū sancte cru ✠ cis Hic faciat sacerdos signum crucis in fronte infantis cū pollice suo dicens. quod nos fronti eius dam⁹: tu maledicte diabole nunq̄ audeas violare. Per eum qui venturus est iudicare vivos et mortuos et seculum per ignem. ℟. Amen.

¶ Item super feminam tantum dicitur sequens oratio sine Dominus vobiscum. ⁊ sine Oremus.

DEus abraham/deus isaac/et deus iacob/deus qui trib⁹ israel de egyptiaca servitute liberasti: ⁊ p moysen famulum tuum de custodia mandatorum tuorum ī deserto monuisti: et susannā de falso crimine liberasti: te supplex deprecor dn̄e vt liberes et hāc famulam tuā respice N. ⁊ perducere eam digneris ad gratiam baptismi tui. Sequatur adiuratio. Ergo maledicte. vt supra. Exorcismus super feminam tantum sine Dominus vobiscum. et sine Oremus. Oratio.

EXorcizo te immunde spiritus: per patrem ⁊ filium et spiritum sanctum: vt exeas ⁊ recedas ab hac famula dei respice N. ipse enim tibi imperat maledicte damnate atq̄ damnande: qui ceco nato oculos aperuit: ⁊ quatriduanum lazarū de monumento suscitavit. Sequatur adiuratio. Ergo maledicte. vt supra. Exinde tam super masculos q̄ super feminas dicantur orationes sequentes sine Dominus vobiscum. et sine Oremus. Hic faciat sacerdos crucem cum pollice in fronte infantis: tenensq̄ manum super caput eius dicat.

ETernam ac iustissimam pietatem tuam deprecor domine sancte pater omnipotēs eterne deus auctor luminis et veritatis: respice super hunc famulum tuum vel hanc famulam tuā respice N. vt digneris illum vel illam illuminare lumine intelligentie tue. Mūda eum vel eam ⁊ sancti ✠ fica: da ei scientiam veram: vt dignus vel digna

efficiatur accedere ad gratiam baptismi tui: teneat firmam spem/consilium rectum/doctrinam sanctam: vt aptus vel apta sit ad percipiendam gratiam baptismi tui. Per christum dominum nostrum. ~~Sine Oremus.~~ Oratio sequatur.

NEc te latet sathana, imminere tibi penas: imminere tibi tormenta: imminere tibi diem iudicij: diem supplicij sempiterni: diem qui venturus est velut clibanus ardens: in quo tibi atqꝫ vniuersis angelis tuis eternus superueniet interitus. Et ideo pro tua nequitia damnate atqꝫ dānande: da honorē deo viuo ⁊ vero: da honorem iesu christo filio eius: da honorem spiritui sancto paraclito: in cuiꝰ nomine atqꝫ virtute precipio tibi (quicūqꝫ es) spiritus immunde: vt exeas ⁊ recedas ab hoc famulo dei vel ab hac famula dei, respice N. quem vel quam hodie idem deꝰ et dn̄s noster iesus christus ad suam sanctam gratiam ⁊ benedictionem fontemqꝫ baptismatis vocare dignatus est: vt fiat eius tēplum per aquam regenerationis: in remissionē oīm peccatorum suorum. In nomine eiusdem domini nr̄i iesu xp̄i. Qui venturus est iudicare viuos ⁊ mortuos ⁊ seculum per ignē. ℟. Amen. ¶ His dictis dicat sacerdos Dn̄s vobiscū. Et cū spiritu tuo. ¶ Euangelium Secundum Matheum.

IN illo tempore. Oblati sunt iesu paruuli: vt manus eis imponeret ⁊ oraret. Discipuli autem eius increpabant eos. Jesus aūt ait illis. Sinite paruulos ⁊ nolite prohibere eos venire ad me: talium est enim regnum celorum. Et cum imposuisset eis manum: abijt inde. ¶ Deīde spuat sacerdos in sinistra manu: ⁊ tangat aures ⁊ nares infantis cum pollice suo dextero de sputo/dicendo ad aurem dextrā. Effeta/quod est aperire, ad nares. In odorem suauitatis. ad aurem sinistram. Tu autē effugare diabole: appropinquabit enim iudicium dei. ¶ Postea dicat sacerdos compatribus ⁊ commatribus vna cum omnibus circunstantibus

ut ipsi dicant adinuicem. Pater noster et Aue maria. et Credo in deum. quas etiam ipse sacerdos dicat cunctis audientibus/videlicet modeste et distincte sic.

PAter noster, qui es in celis: sanctificetur nomen tuuz. Adueniat regnum tuum. Fiat voluntas tua sicut in celo et in terra. Panem nostrum quotidianum da nobis hodie. Et dimitte nobis debita nostra: sicut et nos dimittimus debitoribus nostris. Et ne nos inducas in tentationem. Sed libera nos a malo. Amen.

AUe maria gratia plena dñs tecũ: benedicta tu ĩ mulierib⁹: et benedictus fruct⁹ vẽtris tui iesus. Amen.

CRedo in deum patrem omnipotentem: creatorem celi et terre: et in iesum christum filium eius vnicum dominum nostrum: qui conceptus est de spiritu sancto: natus ex maria virgine: passus sub põtio pilato crucifixus mortuus et sepultus: descendit ad inferna: tertia die resurrexit a mortuis: ascendit ad celos sedet ad dexterã dei patris omnipotentis: inde venturus est iudicare viuos et mortuos. Credo in spiritum sanctum/sanctam ecclesiam catholicam/sanctorum communionem/remissionem peccatoruz/carnis resurrectionem/et vitam eternam. Amen. ¶ His dictis faciat sacerdos signum crucis in manu dextera infantis/interrogato eius nomine, ita dicens N. Trado tibi signaculum domini nostri iesu christi in manu tua dextera: vt te signes et te de aduersa parte repellas/et in fide catholica permaneas/et habeas vitam eternam et viuas in secula seculorum. Amen. ¶ Postea dicat sacerdos benedicendo infantem sic. Benedictio dei patris omnipotentis et filij et spiritus sancti: descendat super te et maneat semper. Rm. Amen. Postea introducat catecuminum per manum dexteram in ecclesiam/interrogato nomine eius dicens N. Ingredere in templum dei: vt habeas vitam eternam et

uiuas in secula seculorum. Amen. ¶ Quando fuerit fons mundandus et de pura aqua renouandus (quod sepe debet fieri propter aque corruptionem) tunc dicatur sequens letania: & benedicatur fons modo sequẽti. Et nota ꝙ aqua baptismatis non debet transmutari propter honorem alicuius potentis nisi fuerit corrupta. ¶ Nota ꝙ aqua benedicta fontium in vigilia pasche et pentecostes non aspergatur per ecclesiam: sed aliqua alia aqua benedicta more solito sicut in aliis dominicis diebus. ¶ Memorialiter retinendum est ꝙ aqua benedicta circa fontes est aspergenda sed non aqua fontium: siue chrismate fuerit sanctificata siue nõ. Quoniam in decretis originalibus sanctorum patrum clementis et paschasii paparum inuenitur ꝙ aqua fontium non est aqua aspersionis: sed baptismatis et purgatiõis. Unde caueat vnusquisqꝫ sacerdos ne illa aqua tãgat nisi quos baptizat: quia non est opus vt baptizati iterum baptizentur. Cesset ergo stulta presumptionis aspersio tam in vigilia pasche et pentecostes ꝙ̃ in omnibus aliis diebus: quia per ecclesiam romanam cunctis christianis sub pena excommunicationis maioris est inhibita. ¶ Hic incipit letania hoc modo. ¶ Goodfaders & goodmoders & all that be here about say in the worshyppe of god & our lady and of the .xii. apostelles a **Pater noster.** and **Aue maria** and **Credo in deum.** That we maye so mynyster thys blessyd sacrament that yt maye be to the pleasure of almyghty god and confusyon of our goostly ennemy & saluacyon of te sowle of this chylde. ¶ Goodfaders & goodmoders of this chylde whe charge you that ye charge the fader and the moder to kepe it / from fyer and water and other perilles to the age of .vii. yeres. and that ye lerne / or set to lerne the **Pater noster. Aue maria** & **Credo in deum.** after the lawe of all holy chyrche and in all godly haste to

be confermed of my lorde of the diocese or of hys depute and that the moder bringe ayen the crysom at hyr puryfi-catyon / & wassche your hande or ye departe the chyrche.

¶ Sequuntur letanie.

Kyrie eleison. Christe eleison. Christe audi nos. Pater de celis deꝰ. mise. nobis. Fili redēptor mundi deꝰ. mi. n. Sp̄s sctē deꝰ. mi. n.
Sctā trinitas unꝰ deꝰ. mi. n.
Sctā maria. ora p̄ nobis.
Sctā dei genitrix. or. Sctā v̄go virginum. Ora pro no.
Sancte michael or.
Sancte gabriel or.
Sancte raphael or.
Omnes sancti āgeli & archāgeli dei. Orate pro nobis.
Omnes sancti beatorū spirituū ordines. Orate p̄ nobis
Sancte ioānes baptista or.
Oēs scti p̄riar. & pphe. ora.
Sancte petre or.
Sancte paule or.
Sancte andrea or.
Sancte ioannes or.
Sancte iacobe or.
Sancte thoma or.
Sancte philippe or.
Sancte iacobe or.
Sancte mathee or.
Sancte bartholomee or.
Sancte simon or.
Sancte thadee or.
Sancte mathia or.
Sancte barnaba or.
Sancte marce or.
Sancte luca or.
Oēs scti apl̄i & euāgel. ora.
Oēs scti discipl̄i dn̄i. ora.
Sancte stephane or.
Sancte line or.
Sancte clete or.
Sancte clemens or.
Sancte fabiane or.
Sancte sebastiane or.
Sancte cosma or.
Sancte damiane or.
Sancte prime or.
Sancte feliciane or.
Sctē dionysi cū so. tu. ora.
Sancte victor cum sociis tuis Orate pro nobis.
Oēs sancti martyres. orate.
Sancte siluester or.
Sancte leo or.
Sancte hieronyme or.
Sancte augustine or.
Sancte isidore or.
Sancte iuliane or.

Sancte gilgarde or.
Sancte medarde or.
Sancte albine or.
Sancte eusebi or.
Sancte swithune or.
Sancte birine or.
Omnes sancti confessores.
Orate pro nobis.
Omnes sancti monachi et eremite. Orate pro nobis.
Sancta maria magdalena
Ora pro nobis.
Scta maria egyptiaca or.
Sancta margareta or.
Sancta scholastica or.
Sancta petronella or.
Sancta genouefa or.
Sancta praxedis or.
Sancta soteris or.
Sancta prisca or.
Sancta tecla or.
Sancta afra or.
Sancta editha or.
Omnes sancte virgines.
Orate pro nobis.
Omnes sancti Orate.

His ita completis accedat sacerdos ad fontium cōsecrationem que semper dicat sine cantu: nisi tm̄ in vigilia pasche et pentecostes. tunc em̄ cantata secunda letania incipiat sacerdos ad hunc locū: et cantet modesta voce hoc modo.




Dominus vobiscum. Et cum spiritu tuo. Oremus.

Omnipotens sempiterne deus: adesto magne pietatis tue mysterijs: adesto sacramētis. Et ad recreādos nouos populos quos tibi fons baptismatis parturit/ spiritū adoptionis emitte: vt quod nostre humilitatis gerendū est mysterio/ tue virtutis impleatur effectu. Per dn̄m nostrum iesum christum filium tuum. Qui tecum viuit et regnat in vnitate sp̄us sctī deus. Hic mutet vocē more p̄fationis sic.




Per omnia secula seculorum. Amen. Dn̄s vo-



biscum. Et cum spiritu tuo. Sursū corda. Habem⁹ ad




dñm. Gratias agam⁹ dño deo nr̃o. Dignū ꝛ iustū est.






Ere dignum ꝛ iustum est equum ꝛ salutare nos




tibi semper ꝛ vbiqꝫ gratias agere domine sancte, pater




omnipotens, eterne deus. Qui inuisibili potentia sacra-



mētorū tuorū mirabiliter operaris effectū. Et licet nos tā



tis mysterijs exequēdis sim⁹ indigni: tu tamē gratie tue do



na nō deserēs, etiā ad nr̃as preces aures tue pietat' īclines.

Deus cui⁹ spirit⁹ sup aquas inter ipsa mūdi primordia

ferebatur, vt iā tūc virtutē sctificatiōis aquarum natura cō-

ciperet. Deus q̄ nocētis mūdi crimina p aquas abluēs, rege

neratiōis speciē i ipsa diluuij effusiōe signasti: vt vni⁹ eius-


dēq3 elemēti mysterio & finis esset vitijs & origo virtutib⁹.

Respice q̄sumus, dn̄e in faciē ecclesie tue: & multiplica in

ea regenerationes tuas qui gratie tue affluentis impe-

tu letificas ciuitatem tuam: fontemq3 baptismatis aperis

Benedictio fontis.




toto orbe terrarũ gentibus innouãdis vt tue maiestatis




imperio sumat vnigeniti tui gratiam de spiritu sancto.


Hic diuidat sacer. aquã manu sua dextera in modũ crucis. sic



Qui hãc aquã regenerãdis hominibus



ꝑparatã arcana sui luminis admixtiõe fecũdet: vt sctifi-



catiõe cõcepta ab imaculato diuini fontis vtero in nouã re



nata creaturã progenies celestis emergat. Et quos aut se



xus in corpore aut etas discernit in tempore oẽs in vnam

pariat gratia mater infantiam. Procul ergo hinc

iubēte te, dn̄e, omnis spirit⁹ imūdus abscedat: ꝓcul tota ne

quitia diabolice fraudis absistat. Nichil hic loci habeat

contrarie ꝟtutis admixtio: nō insidiādo circūuolet: nō la-

tēdo surrepat: nō inficiēdo corrūpat. Sit hec sctā ⁊ inno

cēs creatura libera ab omni ipugnatoris icursu ⁊ toti⁹ ne

qtie purgata discessu. Sit fons viu⁹ aqua regenerās, vn

da purificās. Ut oēs hoc lauachro salutifero diluēdi, ope

rāte in eis spū sctō, ꝑfecte purgatiōis īdulgētiā cōsequātur.

Benedictio

Unde bene ✠ dico te creatura aque per deũ vi ✠ uum per deum ve ✠ rũ: per deũ san ✠ ctum: per deum qui te in principio verbo separauit ab arida: cuius spirit⁹ sup te ferebatur, qui te de paradiso manare fecit: ⁊ in quatuor fluminib⁹ totam terrã rigare precepit.

Hic eijciat sacerdos aquã de fõte p. iiij. ptes cũ manu dextera i modũ crucis.

Qui te in deserto amaram suauitate indita fecit esse potabilem ⁊ sitienti populo de petra produxit. Bene ✠ dico te per iesum xp̃m filium eius vnicum, dñm nostrum:

qui te in chana galilee signo admirabili sua potentia cō-

uertit in vinū. Qui pedib9 sup te ambulauit, et a iohāne

i iordane i te baptizat9 ē. Qui te vna cum sanguine de la-

tere suo produxit & discipulis iussit vt credentes baptiza-

rentur in te, dicens: Ite, docete omnes gentes, baptizantes

eos in nomine pa ✠ tris & fi ✠ lij & spi ✠ rit9 sancti.

Hic mutet sacerdos vocem quasi legēdo & dicat sic. Hec nobis precepta seruantibus tu deus omnipotens clemens adesto tu benignus aspira. Hic aspi. sacer. ter in fontē in moduz crucis deinde dicat legēdo sic. Tu has simplices aquas tuo ore benedicito: vt preter naturalem emundationem quam lauandis possunt adhibere corporibus: sint etiam purificādis mentibus efficaces. Hic stillet sacerdos de cereo in fontē in modum crucis: postea dicat more prefationis.

Benedictio fontis.



Descendat in hanc plenitudinē fontis virtus spirit⁹ scti




totāq; huius aque substantiā regenerādi fecūdet effectu.


Hic diuidat sacerdos aquam cum cereo in fonte i modū crucis dicendo.



Hic omniū peccatoꝝ macule deleātur.




Hic natura ad imaginē tui condita: ⁊ ad honorē sui refor-




mata principij cunctis vetustatis squalloribꝰ emundetur.

Hic tollat sacerdos cereū de aqua: et tradat clerico a quo ibidē cōtra fontes teneatur: donec finiatur tota prefatio.



Ut ōis hō hoc sacramētū re-



gñatiōis ingressꝰ in vere innocētie nouā infātiā renascat.

¶ Hic mutet vocem quasi legendo. Per dominum nostrum iesum christum filium tuum: qui tecum viuit et regnat in vnitate eiusdem spiritus sancti deus. Per omnia secula seculorum. Amen. ¶ Non procedatur vlterius in hoc officio

in vigilia pasche et pētecostes: nisi aliquis esset baptizādus vt postea patebit. Nota ꝙ in vigilia pasche ⁊ pentecostes consecratis fontibus nō infundetur oleū neqꝫ chrisma: nisi assint aliqui qui debeant baptizari: sed linteamine mūdo cooperiantur: ⁊ vsqꝫ ad completo pasche vel pentecostes reseruentur: vt si forte his dieb⁹ aliquis baptizand⁹ aduenerit: fecūdatis tum ⁊ sanctificatis fontibus olei ⁊ chrismatis infusione baptizetur. Post hec mittat sacerdos oleū sanctum cū ipsa billione que est in vase eius in aquam: signum crucis faciens ⁊ dicens. **Coniunctio olei vnctionis ⁊ aque baptismatis. In nomine patris ⁊ filij ⁊ spirit⁹ sancti. Amē.** Simili modo mittat chrisma dicēs. **Fecundetur ⁊ sanctificetur fons iste hoc salutifero chrismate salutis. In nomie patris.** ⁊c. Postea mittat simul oleū cū chrismate modo supradicto dicens. **Coniūctio chrismatis sanctificationis et olei vnctiōis ⁊ aque baptismatis. In nomine pr̄is.** ⁊c. Tūc portetur infans ad fontes ab his q̄ eum suscepturi sunt ad baptismum: ipsisqꝫ eūdem puerꝫ super fontes inter man⁹ tenentibus: ponat sacerdos manū dexterā super eū: ⁊ interrogato eius noīe: respōdeāt qui eū tenent. N. Itē sacerdos dicat N. **Abrenuncias sathane?** Respondeant cōpatrini et cōmatrine. **Abrenuncio.** Itē sacerdos. **Et omnibus operibus eius? R. Abrenuncio.** Itē sacerdos. **Et omnibus pōpis eius? R. Abrenuncio.** Postea tangat sacerdos pectus infantis ⁊ inter scapulas de oleo sancto crucem faciens cū pollice dicens N. **Et ego linio te ~~super pect⁹~~ oleo salutis: ~~inter scapulas~~. In christo iesu dn̄o nostro vt habeas vitam eternaꝫ ⁊ viuas in secula seculorū amen.** Deinde interrogato nomine eius respondeant N. Item sacerdos N. **Credis in deuꝫ patrē omnipotentē creatorē celi ⁊ terre?** Respondeāt. **Credo.** Itē sacerdos. **Credis ⁊ in iesum xp̄m filiū eius vnicuꝫ dn̄m nostrū natum ⁊ passum?** Respondeant. **Credo.** Item

sacerdos. **Credis et in spiritū sanctum/sanctam ecclesiam catholicā/sanctorū cōmunionem/remissionē peccatorum/carnis resurrectionē et vitā eternā post mortē.** Respōdeant **Credo.** Tūc interroget sacerdos nomē infantis dicēs **quid petis.** Respōdeant. **baptismum** Itē sacerdos. **Uis baptizari.** Respōdeant. **Uolo.** Deinde accipiat sacerdos infantem per latera in manib⁹ suis: et interrogato nomīe ei⁹ baptizet eū sub trina mersiōe tantū sanctā trinitatem inuocādo ita dicens N. **Et ego baptizo te in nomine patris.** et mergat eū semel versa facie ad aquilonē et capite versus orientē. **et filij** et iterū mergat semel versa facie ad meridiē. **et spiritus sancti Amen.** et mergat tertio recta facie versus aquaz. Tunc patrini accipientes infantem de manib⁹ sacerdotis leuent eū de fōte. Ut aūt surrexerit a fonte/accipiat sacer. de chrismate cū pollice suo dicēs. **Dñs vobiscū. et Oremus.** Oratio.

DEus omnipotēs pater dñi nostri iesu christi qui te regenerauit ex aqua et spiritu sancto: quiqȝ dedit tibi remissionem omnium peccatorum tuorum. Hic liniat infantem de ipso chrismate cum pollice ī vertice in modum crucis dicēs. **Ipse te linit chrismate salutis. In eodē filio suo dño nostro iesu christo in vitam eternam.** Postea īduatur infās veste chrismali sacerdote interrogante nomen eius et dicēte sic N. **Accipe vestem candidam sanctam et immaculatam: quam perferas ante tribunal dñi nostri iesu christi: vt habeas vitam eternam et viuas in secula seculorum. Amen.**

Licitum est aūt. pānū chrismalē secūdo linire chrismate et sup aliū baptizatum immittere: tamē ad communes vs⁹ non debet pannus ille assumi: sed ad ecclesiā reportari et in vsus ecclesie reseruari. Deinde quesito nomīe ponat cereuz ardentem in manu infantis dicens N. **Accipe lampadem ardentē et irreprehēsibilem: custodi baptismū tuum: serua mandata: vt cum venerit dñs ad nuptias/possis ei occurre-**

re vna cum sanctis in aula celesti: vt habeas vitam eternã: & viuas in secula seculorum. Amen. ¶Si episcopus adest statim eum confirmari oportet & postea cõmunicari si etas eius id deposcat sacerdote dicente. ¶Corpus dñi nostri iesu xpi custodiat corpus tuũ & animã tuã in vitã eternã. Amẽ. ¶Si infans sit: iniungatur patri & matri vt cõseruẽt puerũ ab igne & aqua et omnib⁹ alijs periculis vsqꝫ ad etatem septẽ annoꝝ: & si ipsi nõ faciant patrini & matrine tenẽtur. Item & cõmatrib⁹ iniungatur vt doceant infantem. Pater noster. & Aue maria. & Credo i deum vel doceri faciãt: & qꝫ chrismale deferat ad ecclesiã: & qꝫ cõfirmet qꝫ cito episcop⁹ aduenerit circa partes per septem miliaria. Deinde dicatur hoc sequens euangeliũ super infantem si placuerit: qꝛ secũdum doctores maxime valet pro morbo caduco. Dominus vobiscum. ℟. Et cũ spiritu tuo. ¶Sequentia sancti euangelij. Secundum Marcum. ℟. Gloria tibi domine.

IN illo tempore. Respõdens vnus de turba dixit ad iesum. Magister / attuli filiuꝫ meũ ad te habentẽ spiritũ mutũ: q vbicunqꝫ eũ apprehenderit allidit illũ: & spumat & stridet dentib⁹ & arescit. Et dixi discipulis tuis vt eijcerẽt illum: & nõ potuerũt. Qui rñdens eis: dixit. O generatio incredula: qꝫdiu apud vos ero: qꝫdiu vos patiar? Afferte illuꝫ ad me. Et attulerũt eũ. Et cũ vidisset illũ: statim spũs conturbauit eum: et elisus in terra volutabatur spumans. Et interrogauit patreꝫ eius. Quantum temporis est ex quo ei hoc accidit? At ille ait. Ab infantia. Et frequẽter eũ in ignẽ & in aquas misit: vt eũ perderet. Sed si quid potes / adiuua nos misertus nostri. Jesus autem ait illi. Si potes credere: oĩa possibilia sunt credenti. Et continuo exclamans pater pueri cũ lachrymis aiebat. Credo dñe: adiuua icredulitatẽ meã. Et cũ videret iesus ꝯcurrẽtẽ turbam: comminatus est spiritui immundo, dicens illi. Surde et mute spiritus: ego

tibi precipio exi ab eo: et amplius ne introeas in eum. Et clamans et multū discerpens eū: exijt ab eo. Et factus est sicut mortuꝰ: ita vt multi dicerēt quia mortuꝰ est. Jesus autem tenens manū eius eleuauit eū: et surrexit. Et cū introisset in domū: discipuli eius secreto interrogabant eū. Quare nos nō potuimꝰ eijcere eum? Et dixit illis. Hoc genus in nullo potest exire: nisi in oratione et ieiunio. Et postea dicat hoc euāgelium seqns: sub forma pdicta. videlicet Scdꝫ Johānem.

IN principio erat verbū: et verbū erat apud deū: et deꝰ erat verbum. Hoc erat in principio apud deum. Omnia per ipsum facta sunt: et sine ipso factum est nihil. Quod factum est i ipso vita erat: et vita erat lux hominū. Et lux in tenebris lucet: et tenebre eā non cōprehenderunt. Fuit homo missus a deo: cui nomen erat iohannes. Hic venit in testimoniū vt testimoniū perhiberet de lumine: vt omnes crederēt per illū. Nō erat ille lux: sed vt testimoniū perhiberet de lumine. Erat lux vera q̄ illuminat oēm hoiem venientē in hūc mūdū. Jn mundo erat: et mūdꝰ per ipsum factus est: et mūdus eū nō cognouit. Jn ppria venit: et sui eū nō receperunt. Quotquot aūt receperūt eum: dedit eis potestatē filios dei fieri: his q̄ credunt in nomine eius. Qui nō ex sanguinibꝰ: neqꝫ ex voluntate carnis: neqꝫ ex voluntate viri: sed ex deo nati sunt. Et verbū caro factū est: et habitauit in nobis. Et vidimꝰ gloriam eiꝰ: gloriaꝫ quasi vnigeniti a patre. Plenū gratie et veritatis. ¶ Notandū est q̄ qlibet sacerdos parochialis debet parochianis suis formā baptizandi i aqua pura naturali et recenti et non in alio liquore frequenter in diebus dominicis exponere: vt si necessitas emergat sciant paruulos in forma ecclesie baptizare pferendo formā verborū baptismi in lingua materna distincte et aperte et solū vnica voce nullo mō iterādo vba illa rite semel plata vel similia sup eūdē: sꝫ sine aliqua additiōe / subtractiōe / iterruptiōe /

verbi pro verbo positiōe/mutatiōe/corruptiōe seu transpo sitione sic dicēdo. **I cristene the N in the name of the fader and of the sone and of the holy goost. Amē.** vel in lingua latina sic **Ego baptizo te N. in noīe patris & filij & spirit⁹ sancti. Amen.** aquam sup paruulū spargēdo vel ī aquā mergē do ter vel saltem semel. ¶ Et si puer fuerit baptizat⁹ scd͂m illā formā/caueat sibi vnusq̄sq₃ ne iterū eundē baptizet: sed si huiusmodi paruuli conualescant deferant̄ ad ecclesiam & dicantur sup eos exorcismi & catecismi cū vnctionib⁹ et oīb⁹ alijs supradictis preter immersionē aque & formā baptismi q̄ oīno sunt omittēda: videlicet **quid petis.** & ab hic vsq₃ ad illū locum quo sacerdos debeat paruulū chrismate linire.

¶ Et ideo si laic⁹ baptizauerit puerum anteq̄ deferat̄ ad ecclesiam interroget sacerdos diligenter quid dixerit & q̄d fecerit: & si inuenerit laicū discrete & debito modo baptizasse & formam verbor͂ baptismi vt supra in suo idiomate integre protulisse/approbet factū: & non rebaptizet eū. Si vero dubitet rationabiliter sacerdos vtrū infans ad baptizandum sibi oblatus prius in forma debita fuerit baptizat⁹ vel non: debet omnia pficere cu₃ eo sicut cum alio quem constat sibi non baptizatum/preterq̄ q᷑ verba sacramentalia essentialia proferre debeat sub conditione hoc modo dicendo **N. Si baptizat⁹ es ego non rebaptizo te: sed si nondum baptizat⁹ es ego baptizo te. In nomine patris & filij & spiritussancti. Amen.** sub aspersione vel imersione vt s̄. Et est obseruandū tam de baptismate quam de confirmatione q᷑ quādocunq₃ dubitatur sine dubitatione conferantur: q₂ nō dicitur iteratū quod nescitur fuisse collatū/& ideo sub forma p̄dicta baptizentur īfantes expositi de quorum baptismo probabiliter dubitatur: siue inueniatur cum sale vel sine sale. ¶ Notandum est etiam q᷑ si īfans sit ī periculo mortis: tūc primo introducatur ad fontē: et postea baptizetur incipiendo ad

hunc locum. Quid petis: et si post baptismū vixerit habeat totū residuū seruitiū supradictum. ¶ Hoc aūt in quolibet sacramento obseruetur q̄ qñcunq̄ periculum videt̄ imminere: semp incipiatur ad substantiā illi⁹ sacramenti ⁊ postea residuum cōpleatur si poterit. ¶ Nō licet aliquē baptizare in aula, camera, vel aliquo loco priuato: sed dūtaxat in ecclesijs in quibus sunt fontes ad hoc specialiter ordinati: nisi fuerit fili⁹ regis vel principis / aut talis necessitas emerserit ꝑpter quā ad ecclesiā accessus absq̄ periculo haberi nō potest. ¶ Presbyter aūt si poterit semp habeat fontē lapideū integrū ⁊ honestū ad baptizādū: si aūt nequiuerit, habeat vas conueniens ad baptismū quod alijs vsib⁹ nullaten⁹ deputetur nec extra ecclesiā deportet̄. ¶ Solennis baptismus celebrari solet in sabbato sancto pasche et in vigilia pentecostes: ⁊ ideo pueri nati infra octo dies ante pascha vel īfra octo dies ante pentecostē / debēt reseruari ad baptizādū in sabbato sctō pasche vel in vigilia pētecostes: si cōmode et sine periculo valeāt reseruari. Jta q̄ tempore medio inter natiuitatē puerorū et huius baptismi / pfectum recipiāt catecismū: solaq̄ dieb⁹ predictis baptismi consecratis fontibus sit immersio facienda. ¶ Alij aūt q̄ alijs anni tēporib⁹ nati extiterit incōtinenti cū nati fuerint ꝑpter mortale periculū qd̄ sepe pueris imminet improuisum / baptizent̄. ¶ Verū tamen in sabbato sctō pasche ⁊ in vigilia pentecostes pacta cōsecratiōe fontiū nō infundatur oleū neq̄ chrisma: nec vlterius in officio baptismi procedatur nisi forte aliquis assit baptizandus: sed linteamine mūdo cooperiantur ⁊ vsq̄ ad cōpletorium pasche ⁊ pentecostes reseruētur: vt si forte his dieb⁹ aliquis baptizandus aduenerit / fecundatis ⁊ sanctificatis fontibus olei ⁊ chrismatis infusione baptizetur.
¶ Et nota q̄ de aqua sanctificata ī fonte baptismali ī sabbato sancto pasche ⁊ in vigilia pentecostes nunq̄ debet po-

pulus aspergi post aque chrismationem nec ante. ¶ Non licet laico vel mulieri aliquē baptizare nisi in articulo necessitatis. Si vero vir & mulier adessent vbi immineret necessitatis articulus baptizandi puerū & nō esset alius minister ad hoc magis idoneus presens: vir baptizet & non mulier: nisi forte mulier bene sciret verba sacramentalia et non vir: vel aliud impedimētū subesset. ¶ Similiter pater vel mater nō debet ꝓprium filiū de sacro fonte leuare nec baptizare/ nisi in extreme necessitatis articulo: tūc enim bene possunt sine preiudicio copule cōiugalis ipsum baptizare: nisi fuerit aliquis alius presens qui hoc facere sciret & vellet. ¶ Preterea vir & vxor non debent simul leuare puerum alteri⁹ de sacro fonte. Nulli religiosi debēt admitti in patrinos qđ etiā de monialib⁹ obseruādū est. ¶ Viri aūt & mulieres q̄ suscipiūt pueros de baptismo cōstituunt eoꝝ fideiussores apud deū: & ideo frequenter debent eos admonere cum adulti fuerint seu discipline capaces: vt castitatē custodiant / iustitiā diligant/ charitatē teneant: & ante oīa orationem dñicalem & salutationē angelicā: symbolū fidei: & signaculo scilicet crucis se signare eos docere tenentur. ¶ Unde non debent recipi in patrinos nec admittantur nisi qui sciunt predicta: q2 patrini debēt instituere filios suos spirituales ī fide / qđ facere nō possunt nisi ipsimet in fide prius instructi sint. ¶ Si baptizandus nō poterit loqui vel quia paruulus / vel quia mutus/ vel q2 egrotās aut aliūde impotens: tūc debent patrini ꝓ eis respōdere ad oēs īterrogatiōes in baptismo. Si aūt loq̄ poterit tunc ꝓ seipso respōdeat ad singulas interrogatiōes nisi ad interrogatiōes sui nominis tantū ad quas semper patrini sui respōdeant pro eo. Qui suscipiūt pueros de sacro fonte nō debent eos tenere corā epō ī cōfirmatione nisi cogente necessitate. Non plures q̄ vnus vir et vna mulier debent accedere ad suscipiēdū paruulū de sacro fon-

te: vnde plures ad hoc simul accedētes peccant faciendo cō-
tra ꝓhibitionē canonis/nisi alia fuerit consuetudo appro-
bata: tamē vltra tres amplius ad hoc nullatenus recipiantur.
¶ Monendi sunt etiam laici ꝙ paruuli sui confirmati: ter-
tia die post cōfirmationē deportentur ad ecclesiam: et fron-
tes eorum ꝑ manus sacerdotis ꝓpter chrismatis reuerentiā
in baptisterio abluantur ꝛ ligature eorum tunc igne cōburantur.
¶ Item nullus debet admitti ad sacramētū corporis ꝛ san-
guinis christi iesu extra mortis articulū: nisi fuerit cōfirma
tus vel a receptione sacramenti ꝯfirmatiōis fuerit rationa
biliter impeditus. ¶ Non debet sacerdos parochialis esse si-
ne chrismate: sed debet quilibet sacerdos parochialis a suo
ep̄o non ab alio in ꝓpria persona sua vel per aliū sacerdo-
tem diaconū vel subdiaconū chrisma petere singulis annis
ante pascha. ¶ Sacerdos qui de veteri chrismate vngit ba
ptizatū (nisi in articulo necessitatis) deponendus est: ꝛ ideo
debet omni die cene domini nouum chrisma ab ep̄o confici
ꝛ vetus remoueri ꝛ concremari. ¶ Item tam sacrum oleū
ꝙ chrisma sub fideli custodia claue adhibita debent obser-
uari: ne ad illa possit manus temeraria extendi ad aliqua ne-
pharia exercenda. ¶ Nota ꝙ tempore interdicti generalis
licite possunt conferri baptismus ꝛ confirmatio tam adul-
tis ꝙ paruulis: sed nōdū pulsatis campanis neqꝫ alta voce.

ORdo ad purificandū mulierē post partū an̄ ostiū ec-
clesie. Primo sacerdos et ministri eius dicant psal-
mos seq̄ntes. ps̄. Leuaui oculos meos. ps̄. Beati oēs.
Gloria patri. Sicut erat. Sequatur Kyrie eleison. Xp̄e elei-
son. Kyrie eleison. Pater noster. Et ne nos. Sed libera. Do-
mine saluā fac ancillā tuā. Deus meus sperātē in te. Esto ei
dn̄e turris fortitudinis. A facie inimici. Dn̄e exaudi oratio
nem meam. Et clamor meus ad te veniat. Dominus vobis
cum. Et cum spiritu tuo. Oremus. Oratio.

DEus qui hanc famulam tuam de pariẽdi periculo liberasti ⁊ eã in seruitio tuo deuotã esse fecisti: concede vt temporali cursu fideliter peracto/ sub alis mĩe tue vitam ppetuam ⁊ quietã consequatur. Per xp̃m dñm. ⁊c. ¶ Tunc aspgatur mulier aqua benedicta: deinde inducat eã sacerdos per manũ dexterã in ecclesiã dicẽs. Ingredere in tẽplũ dei vt habeas vitã eternã ⁊ viuas in secula seculorũ. Amẽ.

¶ Nota q̄ mulieres post prolẽ emissam quandocunq̄ ecclesiam intrare voluerint acture gratias purificari possunt: ⁊ nulla proinde peccati mole grauantur: nec ecclesiaꝝ aditus est eis denegand⁹: ne pena illis cõuerti videatur in culpam. Si tamẽ ex veneratiõe voluerit aliq̄ diu abstinere/ deuotionẽ earũ nõ credim⁹ improbandam. de pu. post par. c. primo.

ORdo ad faciendũ sponsalia. In primis statuantur vir ⁊ mulier añ ostiũ ecclesie corã deo sacerdote ⁊ ppło/ vir a dextris mulieris et mulier a sinistris viri. ¶ Et sciẽdum est q̄ licet omni tp̄e possint contrahi spõsalia et etiam matrimonium qđ fit priuatim solo consensu: tamen traditio vxorum ⁊ nuptiarum solennitas certis temporib⁹ fieri prohibentur: videlicet ab aduẽtu dñi vsq̄ ad octauas epiphanie: ⁊ a septuagesima vsq̄ ad octauas pasche: ⁊ a dominica ante ascensionem dñi vsq̄ ad octauas pentecostes. In octaua die tamẽ epiphanie licite possunt nuptie celebrari: quia non inuenitur prohibitũ q̄uis in octauis pasche hoc facere non liceat. Similiter ĩ dominica proxima post festum pentecostes licite celebrantur nuptie: quia dies pentecostes octauum diem non habet.

¶ Tunc interroget' sacerdos banna dicens in lingua materna sub hac forma. Ecce conuenimus huc fratres corã deo ⁊ angelis ⁊ oĩbus sanctis ei⁹ in facie ecclesie ad coniungendum duo corpora scilicet huius viri ⁊ hui⁹ mulieris. Hic respiciat sacerdos personas suas vt amodo sint vna caro et

due aie in fide ⁊ in lege dei ad promerendã simul vitã eternam quicqd ante hoc fecerint. Admoneo igitur vos oẽs vt si quis est ex vobis q aliquid dicere sciat quare isti adolescẽtes legitime contrahere non possint/modo confiteatur.
¶ Eadem admonitio fiat ad virũ ⁊ ad mulierẽ vt si qd ab illis occulte actũ fuerit vel si qd deuouerit vel alio modo de se nouerint quare legitime cõtrahere nõ possint: tunc confiteãtur. Si vero aliqs impedimentum aliquod pponere voluerit: ⁊ ad hoc probandum cautionẽ prestiterit: differãtur spõsalia quousqꝫ rei veritas cognoscat. Si vero null⁹ impedimẽtũ pponere voluerit: interroget sacerdos dotẽ mulieris videlicet arrhas spõsales. ⁊ dicunt arrhe annuli vel pecunia vel alie res dande spõse per spõsũ: q datio subarrhatio dicitur/ pcipue tamẽ quãdo fit per annuli dationem: ⁊ tũc vulgariter despõsatio vocatur. Nõ fidabit sacerdos nec cõsentiet ad fidationẽ inter virũ ⁊ mulierẽ ante tertiũ edictũ bãnorũ. Debet eñ sacerdos bãna in facie ecclesie ĩfra missarũ solennia cũ maior populi affuerit multitudo/ p tres dies solẽnes ⁊ disiũctos iterrogare ita vt inter vnũquẽqꝫ diẽ solennẽ cadat ad min⁹ vna dies ferialis. ¶ Debet etiã sacerdos terminũ pfigere cõpetentẽ infra quẽ qui voluerit ⁊ valuerit legitimũ opponat impedimentũ: ⁊ si cõtrahentes diuersarũ sint parochiarum tũc in vtraqꝫ ecclesia parochiarum illarum sunt bãna iterrogãda. ¶ Si aũt vni⁹ ⁊ eiusdẽ sint parochie/ tũc tñ in ecclia illi⁹ parochie banna iterrogent. Sacerdos vero q cõtractib⁹ matrimonialib⁹ añ trinã solẽnem interrogationẽ bãnorum vt pdictũ est psumpserit interesse: penam suspensionis ab officio per trienniũ incurrit. ¶ Similiter sacerdos parochialis q matrimonia clãdestina in parochia sua prohibere cõtẽpserit/ab officio p triẽniũ debet suspẽdi: ⁊ graui⁹ est puniẽd⁹ si culpe qualitas id reqrat. Prohibent aũt clãdestina matrimonia duplici ratiõe: videlꝫ ne

sub spe matrimonij cōmittat̄ fornicatio: ⁊ ne matrimonialiter coniuncti iniuste separentur. Sepe enī in matrimonio occulto alter cōiugū mutat propositū ⁊ dimittit reliquū pbationib⁹ destitutū ⁊ sine remedio restitutiōis: ⁊ ideo phibeāt sacerdotes frequēter parochianos suos ne dēt sibi fidē mutuo: sed corā publicis et honestis personis ad hoc ꝯstitutis. Quisqs etiā sacerdos seu secularis seu regularis extiterit q̄ solēnizationē mr̄imonij extra ecclīam parochialem vel capellā hn̄tē iura parochie sibi ab āntiquo ꝯpetētia absqꝫ diocesani loci licētia speciali celebrare p̄sūpserit aut celebratiōi iteresse: ipo fctō p ānū integrū ab officio est suspēs⁹. Postea dicat sacerdos ad virū cūctis audiētib⁹ in lingua materna sic. N. Uis habere hāc mulierē i spōsā ⁊ eā diligere: honorare: tenere: ⁊ custodire sanā ⁊ ifirmā sicut spōs⁹ debꝫ spōsā: ⁊ oēs alias pp̄ter eā dimittere ⁊ illi soli adherere q̄diu vita vtriusqꝫ vestrū durauerit. Rn̄deat vir. Uolo. Itē dicat sacer. ad mulierē hoc mō. N. Uis habere hūc virū in spōsū ⁊ ei obedire ⁊ seruire: ⁊ eū diligere honorare ac custodire sanū ⁊ infirmū sicut spōsa debꝫ spōsū: ⁊ oēs alios pp̄ter eū dimittere ⁊ illi soli adherere q̄diu vita vtriusqꝫ vestrū durauerit. Rn̄deat mulier. Uolo. Deinde det̄ femina a p̄re suo vel ab amicis ei⁹: q̄ si puella sit discoopta habeat manū: si vidua tectā: quā vir recipiat i dei fide ⁊ sua seruādā sicut vouit corā sacerdote ⁊ teneat eā per manū dexterā i manu sua dextera ⁊ sic det fidem mulieri per verba de p̄senti ita dicens docente sacerdote. I N. take the N. to my wedded wyf to haue ⁊ to holde fro this day forwarde for bettere for wers for richere for pouere: in sykenesse and in hele tyl dethe vs departe if holy chyrche it woll ordeyne ⁊ ther to y plight te my trouthe. manum retrahendo. Deinde dicat mulier docente sacerdote. I N. take the N. to my wedded housbonder to haue and to holde fro this day forward for

better: for wors: for richer: for pouer: in sykenesse & in hele: to be bonere and buxum in bedde and at te borde tyll dethe vs departhe if holy chyrche it wol ordeyne and ther to. I plight the my trouthe. manum retrahendo. Deinde ponat vir aurum: argētū: & ānulū sup scutum vel librum: & querat sacerdos si annulus antea fuerit benedictus vel nō. si dicatur ꝙ non: tunc benedicat sacerdos annulum hoc modo cū Dominus vobiscum. & cum Oremus. Oratio.

Creator & conseruator humani generis: dator gratie spiritalis: largitor eterne salutis: tu dn̄e mitte benedictionem tuam super hūc annulum. respice. vt que illū gestauerit sit armata virtute celestis defensionis: & proficiat illi ad eternam salutem. Per christum. Oremus.

Bene ✠ dic domine hūc annulū. respice. quem nos in tuo sancto nomine benedicimus. vt quecūqꝫ eū portauerit in tua pace cōsistat: & in tua voluntate pmaneat: et in tuo amore viuat & crescat & senescat: & multiplicetur in longitudinem dierum. Per dominum. Tūc aspergatur aqua benedicta super annulū. ¶ Si autē antea fuerit annulus ille benedictus tūc statim postꝙ vir posuerit annulum super librum: accipiēs sacerdos annulū tradat ipsum viro: quem vir accipiat manu sua dextera cum tribus principalioribꝰ digitis a manu sua sinistra: & tenēs dexteram sponse docēte sacerdote dicat. With this rynge. I the wed and this gold and siluer. I the geue and with my bodi. I the worshipe and with all my worldely cathel. I the endowe. & tūc inserat spōsꝰ annulū pollici spōse dicēs. In noīe patris. deide secūdo digito dicēs & filij deinde tertio digito dicēs. et spiritus scti. deide quarto digito dicēs Amē. ibiqꝫ dimittat ānulum: quia in medico est quedam vena pcedens vsqꝫ ad cor: & in sonoritate argenti designatur interna dilectio que semper inter eos debet esse recens ¶ Deinde inclinatis eorum

capitibus dicat sacerdos benedictionem sup eos Benedicti ✠ sitis a dño qui fecit mundum ex nichilo. Amen. Postea dicatur iste psalmus sequens hoc modo.

Manda deus virtutem tuam: cõfirma hoc de⁹ qđ operatus es in nobis: a templo tuo in hierusalē tibi offerent reges munera. Increpa feras arundinis cõgregatio tauroꝝ in vaccis populorum: vt excludant eos qui probati sũt argēto. Gloria patri. Sicut erat. Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Pater noster. Et ne nos. Sed libera. Benedicam⁹ patrē ꝛ filiũ cum sctõ spiritu. Laudem⁹ ꝛ superexaltem⁹ eum in secula. Laudem⁹ dñm quem laudant angeli. Quem cherubin ꝛ seraphin sanct⁹ sanct⁹ sanctus ꝓclamant. Dñe exaudi orationem meam. Et clamor meus ad te veniat. Dominus vobiscum. Oremus.

Deus abraham: de⁹ isaac: de⁹ iacob sit vobiscũ: ꝛ ipse vos ꝯiũgat: impleatq; bñdictionē suã in vobis. Qui viuit ꝛ regnat deus. Per omnia secula seculorum. Amen.

Alia oratio cũ

Bene✠dicat vos deus pater/ custodiat vos ies⁹ xp̄s/ illuminet vos spirit⁹ sanctus. Ostēdat dñs faciē suã in vobis ꝛ misereatur vestri. Cõuertat dominus vultũ suũ ad vos: et det vobis pacem: impleatq; vos omni bñdictione spirituali: in remissionem omniũ peccatorũ vestroꝝ vt habeatis vitam eternaz: ꝛ viuatis in secula seculoꝝ. Amē. Hic intrent ecclesiam vsq; ad gradũ altaris: ꝛ sacerdos in eũdo cum suis ministris dicat hunc psalmum sequentem.

Beati oēs qui timēt dñm: q ambulãt in vijs ei⁹. Labores manuum tuaꝝ qꝛ manducabis: beatus es ꝛ bene tibi erit. Vxor tua sicut vitis abundans: in laterib⁹ domus tue. Filij tui sicut nouelle oliuarum: in circuitu mēse tue. Ecce sic benedicetur homo: qui timet dominum. Benedicat tibi dñs ex sion: et videas bona hierusalem oībus

diebus vite tue. Et videas filios filiorū tuorū: pacem sup israel. Gloria patri. Sicut erat. sine nota cum Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. ¶ Tunc prostratis spō so & sponsa ante gradum altaris: roget sacerdos circunstantes orare p eis dicendo. Pater noster. Et nos. Sed libera nos a malo. Saluum fac seruum tuum & ancillam tuam. Deus meus sperantes in te. Mitte eis dñe auxilium de sancto. Et de sion tuere eos. Esto eis domine turris fortitudinis. A facie inimici. Dñe exaudi. Et clamor. Domin⁹ vobiscum. Et cum spiritu tuo. Oremus. Oratio.

Benedicat vos dñs ex sion vt videatis q̄ bona sunt hierusalē: omnib⁹ dieb⁹ vite vestre: & videatis filios filiorū vestrorum & pacē sup israel. Per xp̄m dn̄m. Oremus.

Deus abrahā: de⁹ isaac: de⁹ iacob: bene ✠ dic adolescētes istos: & semina semē vite eterne in mētib⁹ eorum: vt quicquid p vtilitate sua didicerint/ hoc facere cupiant. Per iesum xp̄m filium tuum recuperatorem hominū. Qui tecum viuit & regnat deus. &c. Oremus. Oratio.

Respice dñe de celis: & bene ✠ dic cōuentionē istā. Et sicut misisti sctm̄ angelū tuū raphaelem ad tobiam & saram filiam raguelis: ita digneris dñe mittere bene ✠ dictionē tuam sup istos adolescentes: vt in tua volūtate permaneant: et in tua securitate persistant: & in amore tuo viuant & senescant: vt digni atq̧ pacifici fiant & multiplicent in lōgitudinē dierum. Per xp̄m dn̄m no. Oremus. Oratio.

Respice dñe propitius super hunc famulum tuum respice. & sup hāc famulā tuā respice. vt in nomine tuo bene ✠ dictionem celestem accipiāt: & filios filiorū suorum et filiarum suarum vsq̧ in tertiam & quartam progeniem incolumes videant: & in tua voluntate perseuerent: & in futuro ad celestia regna pueniant. Per xp̄m. Orem⁹ Orō.

Omnipotēs sempitern⁹ de⁹ q̄ primos parentes nostros

adam ⁊ euam sua virtute creauit: ⁊ in sua sanctificatione copulauit: ipse corda ⁊ corpora vestra sctificet et bene ✠ dicat: atq; in societate et amore vere dilectionis coniungat. Per christum. ¶ Deinde benedicat eos dicens Oremus.

Bene ✠ dicat vos de⁹ omnipotens omni benedictiōe celesti: efficiatq; vos dignos in ꝯspectu suo: superabūdet in vobis diuitias gratie sue: ⁊ erudiat vos in v̄bo v̄itatis: vt ei corpore pariter ⁊ mēte ꝯplacere valeatis. Per dñz.


¶ Finitis oratiōibus que dicebantur sup eos ꝓstratos ad gradū altaris: ⁊ introductis illis in p̄sbyterium scilicet iter chorum ⁊ altare ex parte ecclesie australi: ⁊ statuta muliere a dextris viri videlicet inter ipsum ⁊ altare. Incipiat offm̄.



Enedi cta sit san cta trinitas at q; in di uisa v ni tas: confi tebi mur e i quia fe cit no bis cum mise ri cordiā su am. In tēpore paschali fi niatur hoc modo. allelui a alle luia. ꝑs Benedicam⁹ patrē ⁊ filiū: cū sctō spū. nō dicat vlteri⁹. Kyr. cū suis v̄s. dicat. Ad missaz seruetur mod⁹ ⁊ ordo per oīa sicut in duplicib⁹ festis / hoc modo.



Loria in excelsis deo.



Gloria in excelsis deo. Gloria in excelsis deo. Et in terra pax hominibus bone voluntatis. Laudamus te. Benedicimus te. Adoram⁹ te. Glorificamus te. Gratias agimus tibi propter magnam gloriam tua3. Dñe deus rex celestis deus pater omnipotẽs. Dñe fili unigenite iesu xp̃e. Dñe deus agnus dei filius patris. Qui tollis peccata mundi miserere nob. Qui tollis peccata mũdi: suscipe dep̃catione nostrã. Qui sedes ad dexterã pr̃is miserere nob. Qm̃ tu solus sanct⁹. Tu sol⁹ dñs. Tu sol⁹ altissim⁹ iesu christe. Cũ sctõ spũ in gloria dei patris. Amẽ. Iste due orationes sequẽtes dicantur sub uno Oremus. ⁊ sub uno Per dominum.

Omnipotens sempiterne deus: qui dedisti famulis tuis in cõfessiõe vere fidei eterne trinitatis gloriã agnoscere: ⁊ i potẽtia maiestatis adorare unitatẽ: q̃s vt eiusdem fidei firmitate ab oĩb⁹ semp muniamur aduersis. Alia orõ.

Exaudi nos oĩps ⁊ misericors deus: vt qđ nostro ministrat officio / tua bñdictiõe potius impleat. Per dñm nostrum iesum xp̃m filiũ tuũ. Qui tecũ. Ad corinthios.

Fratres. Nescitis qm̃ corpora vestra mẽbra sunt christi. Tollẽs ergo membra christi: faciam membra meretricis. Absit. An nescitis quoniam qui adheret meretrici: vnum corpus efficitur. Erũt (inq̃t) duo in carne vna. Qui autem adheret deo: vnus spiritus est. Fugite fornicationẽ. Omne enim peccatum quodcũq3 fecerit homo: extra corp⁹ est. Qui autem fornicatur: in corpus suum peccat. An nescitis quoniam membra vestra templum sunt spiritus sancti qui in vobis est: quem habetis a deo ⁊ non estis vestri. Empti em̃ estis p̃cio magno. Honorificate et portate deum: in corpore vestro. Gradale.










Non repetatur grada. in missis spõsalium.









In sponsalibus.



In tpe paschali erit secūdū Alla. vnum ex istis sequentibus.



A le lu ia.


V. Nonne cor nostrum ardens erat in nobis de iesu dū loque re tur nobis in vi a Alle luia.

V. Surgens iesus dominus no ster ste tit in me dio disci pulo rum suo rum di xit pax vobis.


Alle luia.

V9. Surre xit do min9 et occur

rens mulieri bus a it aue

te tunc accesse runt et

tenue runt pedes eius.


Allelu ia V9. In

die resurrectionis mee di cit domi nus pre


g ij


ce dam vos in galile am



Allelu ia



V. Dicite in genti bus quia do


mi nus regna uit a li gno.


Alle lu ia.


V9. Christus resur gens ex


mor tuis iam non moritur mors


il li vltra nō do-

mina bitur. Sequentia.



Lma chor⁹ domini nūc pāgat nomina summi.

Messias sother emanuel sabaoth adonai. Est unigenit⁹

via vita man⁹ homousion. Principiū primogenit⁹ sapiē

tia virt⁹. Alpha caput finisq̃ simul vocitatur et est oo.

Fons et origo boni paraclit⁹ ac mediator. Agn⁹ ovis vi

tulus serpēs aries leo vermis. Os verbū splendor sol glo

ria lux et imago. Panis flos vitis mons ianua petra la-

piscꝫ. Angelus ⁊ spōsus pastorqꝫ propheta sacerdos.

Athanatos kyros theon pāton craton ⁊ isus. Saluiffi-

cet nos. Sit cui secla. Per omnia. Dñs vobis. Seqūtia sancti euangelii Scḋm Matheū.

IN illo tp̄e. Accesserūt ad iesum scribe ⁊ pharisei: tentā-tes ⁊ dicentes. Si licet homini dimittere vxorem quā cūqꝫ ex causa? Qui respondens ait illis. Nō legistis qr q̄ fecit hominē ab initio / masculū ⁊ feminaꝫ fecit eos? Et dixit eis. Propter hoc dimittet homo patrē ⁊ matrē: ⁊ adherebit vxori sue: ⁊ erunt duo in carne vna. Itaqꝫ iam nō sunt duo: sed vna caro. Quod ergo deus coniunxit: homo nō separet.

CRedo in vnum deum. Patrem omnipotentem: factorem celi et terre. Uisibilium omnium et inuisibilium. Et in vnum dominum iesum christum filium dei vnigenitum. Et ex patre natum ante omnia secula. Deum de deo / lumen de lumine / deuꝫ verum de deo vero. Genitum nō factum: consubstantialem patri: per quem omnia facta sunt. Qui propter nos homines et propter nostram salutem descendit de celis. Et incarnatus est de spiritu sancto ex maria virgine: ⁊ homo factus est. Crucifixus etiam pro nobis sub pontio pilato passus et sepultus est. Et resurrexit ter-

tia die secundum scripturas. Et ascendit in celum: sedet ad dexteram patris. Et iterum venturus est cum gloria iudicare vivos et mortuos. Cuius regni non erit finis. Et in spiritum sanctum dominum et vivificantem. Qui ex patre filioq; procedit. Qui cū patre et filio simul adoratur et conglorificatur. Qui locutus est per prophetas. Et unam sanctam catholicam et apostolicam ecclesiam. Confiteor unum baptisma: in remissionem peccatorum. Et expecto resurrectionem mortuorum. Et vitam venturi seculi. Amen.

Offertorium.

Bene dictus sit de us pa ter: uni ge ni tusq; de i fi li us: san ctus quo q; spi ritus quia fe cit no bis cum mi se ricordi am su am


Tempore paschali. Alle luia.

¶ Nota q odor thuris bñdicti nūq dat i ecclia spōso et spōse. Inde ē q oblato thure bñdicto sup altare si descēdat thu

ribulari⁹ ad clericos vel ad laicos aliud thus est apponendum et hominibus offerendum. Secretum.

SAnctifica quesumus dñe deus noster trinitas sācta: per tui sancti nominis inuocationem huius oblationis hostiam: et cooperante spiritu sancto per eam nosmetipsos tibi perfice munus eternum. ¶ Aliud secretum.

ADesto dñe supplicatiōibus nostris: et hāc oblationē quam tibi offerim⁹ p famulis tuis quos ad statum maturitatꝫ et ad diē nuptiaꝝ perducere dignat⁹ es/ placat⁹ ac benignus assume. Per. Prefatio. Qui cū vnigenito. Post Sanctus. prosternāt se spōsus et sponsa in oratione ad gradū altaris extenso sup eos pallio qđ teneant quatuor clerici per quatuor cornua in supPelliciis: nisi alter eoꝝ pri⁹ fuerit despōsat⁹ et benedict⁹ qꝛ tunc non habeatur palliū super eos nec dicatur sacramētalis bñdictio vt postea patebit. Deinde dicto Per omnia secula seculorum. Amen. post Pater noster. anteꝙ dicitur Pax dñi sit semper vobiscū. facta fractione eucharistie more solito dimissaqꝫ hostia in trib⁹ fractionibus sup patenā: dicat sacerdos cōuersus ad illos orationes sequentes sub tono lectionis: illis interim genuflectētibus sub pallio: sacerdote sic dicente.



Dominus vobiscum. Et cum spiritu tuo. Oremus.

PRopitiare domine supplicationibus nostris: et institutis tuis qbus ppagationē humani generis ordinasti benign⁹ assiste: vt quod te auctore coniūgitur / te auxiliāte



seruetur. Per christum dominum nostrum. Oremus.

Deus qui potestate virtutis tue de nichilo cuncta fecisti: q̄ dispositis vniuersitatis exordijs homini ad ymaginem dei facto ideo inseparabile mulieris adiutoriū cōdidisti: vt femineo corpori de virili dares carne principiū: docens quod ex vno placuisset istitui: nunq̄ liceret disiūgi. Hic incipit benedictio sacramentalis. Deus q̄ tam excellenti mysterio ꝯiugalē copulam cōsecrasti: vt xp̄i ⁊ ecclesie sacramentū presignares in federe nuptiarū. Hic finit benedictio sacramentalis. Deus per quē mulier iūgit viro ⁊ societas principaliter ordinata ea bene ✠ dictione donatur: que sola nec p originalis peccati penā / nec p diluuij est ablata sententiā. Respice ppitius sup hanc famulam tuā respiceq̄ maritali iungenda est consortio / que se tua expetit ptectione muniri. Sit in ea iugū dilectionis ⁊ pacis: fidelis ⁊ casta nubat in xp̄o: imitatrixq̄ sanctarum permaneat feminarum. Sit amabilis vt rachel viro: sapiens vt rebecca: longeua ⁊ fidelis vt sara. Nichil in ea ex actibus suis ille auctor preuaricationis vsurpet: nexa fidei mandatisq̄ permaneat: vni thoro iuncta contactus illicitos fugiat: muniatq̄ īfirmitatē suā robore discipline. Sit verecundia grauis: pudore venerabilis: doctrinis celestib⁹ erudita. Sit fecunda i sobole: sit pbata ⁊ innocens: ⁊ ad optatam perueniat senectutē: ⁊ videat filios filiorum suorum vsq̄ in tertiam ⁊ quartam pgeniē: ⁊ ab beatorum requiem atq̄ ad celestia regna



peruenia t. Per dn̄m. ⁊c. Per omnia secula seculorū. Amē.

¶ Notandū q̄ hec clausula Deus q̄ tam excellēti mysterio. vsq̄ Deus per quē mulier iungitur viro. non dicatur in secundis nuptijs. vir enim aut mulier ad bigamiam transiens non debet iterum a sacerdote benedici: quia cuz alia vi-

ce benedicti sint/eorum benedictio nõ debet iterari: quia caro benedicta trahit ad se carnẽ non benedictã. ¶ Notandum est autẽ quod inhibitũ est per capitulũ. j. extra de secũdis nuptijs: ne benedictio detur in secundis nuptijs. quod etiã testatur beatus ambrosius qui ait **Prime nuptie a dño sunt constitute: secunde vero permisse. Prime nuptie sub omni benedictione celebrantur: secunde vero carent omni benedictione.** ¶ Sed quia plures benedictiones sunt in nuptijs celebrandis scilicet in introitu ecclesie: et super pallium: et post missã: et super torum in sero, que benedictio sit iteranda in secundis nuptijs/et que non. Sciendum est quod in hac oratione que sic icipit. **Deus qui potestate virtutis tue de nihilo cũcta fecisti/qui dispositis vniuer.** et c. tres sunt benedictiones ibidẽ que idẽ habent principiũ. scilicet **Deus.** media aũt est omittẽda. scilicet ista. **Deus qui tã excellẽti mysterio coniugalẽ copulã consecrasti.** vsque **Deus per quẽ mulier iungitur viro et societas principaliter ordinata.** et c. quia in ista benedictiõe agitur de vnitate christi et ecclesie/ que figuratur in primo matrimonio non autẽ in secundo. vnde apostolus ad corinthios ait. **Erunt inquit duo in carne vna.** et hoc notatur extra de bigamis. capitulo **Debitum et si vir vnius vxoris.** et hoc pro primo matrimonio: sed qui adheret pluribus dissoluit vnitatem vel fedus vnitatis: et ideo illa benedictio que agit de vnitate. scilicet **Deus qui tã excellenti mysterio coniugalẽ copulã conse.** et c. nõ dicitur in secũdis nuptijs: et hoc est verũ tã in viro bigamo: quam in muliere vidua: quia caro benedicta trahit ad se carnẽ non benedictã: sed omnes alie benedictiones siue orationes debent dici indifferenter secundũ curiam romanã et secundũ Hostiensem et Thomã alquinũ et Morandũ doctorem. Et questio ista discussa erat et determinata in sacro palatio dñi pape et translata in angliã per magistrum iohannẽ Haysted Anno dñi millesimo

CCC.xxi. et causa discussionis erat: quia multitudo sacer-
dotũ tunc tẽporis ad sedẽ apostolicã conuolarũt causa obti
nẽdi absolutiõis beneficiũ ꝓ bñdictiõe in secundis nuptijs
indiscrete collata. Ideo super hoc statuitur constitutio no-
ua Johannis pape. xxij. que sic incipit.



Oncertationi antique finem imponere cupiẽ
tes presenti declaram⁹ edicto: ꝙ licet si vir vel
mulier ad bigamiam vel ad secundas nupti-
as transierint benedici non debent cũ fuerint
alias benedicti: ꝙ si forsan alter eorũ vel am
bo essent ad secundas nuptias transeuntes et
in primis nuptijs benedicti non fuerint/danda est eis bene
dictio in secundis nuptijs. Sane volentes antiquũ rigorem
temperare concedimus ꝙ presbyter qui secundas nuptias
benedixerit scienter/ad sedem apostolicã ex hoc venire mini
me teneatur: sed a pena suspensionis hoc casu a iure indicta
per suos possit diocesanos absolui. Si qui vero iuxta opi-
nionẽ quorundaz hactenus se non reputantes suspensos/
ordines quoslibet seu queuis beneficia receperint: diocesani
eorũ a pena suspensionis predicta ipsos absoluere ac super
executione ordinũ et retentione beneficiorũ huiusmodi/cũ
eis valeant licite dispensare. ¶ Hic queri potest quare se-
cunde nuptie non benedicantur. Ad hoc dico ꝙ secundũ ma
trimoniũ q̄uis in se consideratum sit perfectum sacramen-
tũ: tamen in ordine ad primũ sacramentũ consideratũ ali
quid habet defect⁹ sacramẽti quia nõ habet plenã signifi
cationem: cum non sit vna caro sicut est in matrimonio xpi
et ecclesie. et ratione huius defectus benedictio a secundis
nuptijs subtrahitur. Sed hoc est tãtũ intelligendum quan
do secunde nuptie sunt secunde ex parte viri et ex parte mu
lieris. Si eñ virgo contrahat cũ illo qui habuit aliã vxorẽ
nichilomin⁹ nuptie bñdicunt: saluat et aliquo modo signi-

ficatio etiã in ordine ad primas nuptias: quia episcopus et si unam ecclesiam habeat sponsam: habet tamẽ plures personas desponsatas in una ecclesia. sed anima nõ potest esse sponsa alterius quam christi: quia cum demone fornicatur: nec est matrimonium spirituale. Et propter hoc quando mulier secundo nubit: nuptie non benedicuntur propter defectũ sacramenti. ¶ Post hec vertat se sacerdos ad altare et dicat **Pax domini. Et Agnus dei.** Tunc amoto pallio surgant ambo sponsus et sponsa: et accipiat sponsus pacem a sacerdote et ferat sponse osculans eam et neminem alium nec ipse nec ipsa: sed statim diaconus vel clericus a presbytero pacem accipiens ferat alijs sicut solitum est. Communio.

Benedicim⁹ de um ce li et corã omnib⁹ viuentibus confi te bimur e i qui a fe cit nobiscum mise ricordiam su am. Tẽpore paschali.

Alle luia al le lu ia. Postcommunio.

Proficiat nobis ad salutẽ corporis et aĩe dñe de⁹ hui⁹ sacramẽti susceptio: et sempiterna sctẽ trinitatis eius deinq3 indiuidue vnitatis confessio. Alia postcõio.

Quesum⁹ oñs deus instituta prouidẽtie tue pio amo-

re p̃sequere: vt quos legitima societate cõnectis / lõgeua pace custodias. Per dñm. Post missam bñdicat panis ⁊ vini vel aliud q̃d potabile in vasculo ⁊ gustent in nomine domini sacerdote dicente. Dominus vobiscũ. Oremus. Oratio.

Bene✠dic dñe panẽ istũ ⁊ hunc potũ ⁊ hoc vasculuz sicut benedixisti quinq₃ panes i deserto ⁊ sex hydrias in chana galilee: vt sint sani ⁊ sobrij atq₃ imaculati oẽs gustantes ex eis saluator mũdi. Qui viuis ⁊ regnas cũ deo patre in vnitate spiritus sctí de⁹. Nocte vero sequẽte cũ spõs⁹ ⁊ sponsa ad lectum peruenerint accedat sacerdos ⁊ benedicat thalamum dicens. Dñs vobiscum. Oremus. Oratio.

Bene✠dic dñe thalamũ istũ ⁊ oẽs habitantes in eo: vt in tua pace consistant ⁊ in tua volũtate p̃maneãt: ⁊ in amore tuo viuant ⁊ senescant ⁊ multiplicentur in lõgitudinem dierum. Per dominum. ¶ Item benedictio super lectum cum Dominus vobiscum. Oremus.

Bene✠dic dñe hoc cubiculum respice qui nõ dormis neq₃ dormitas. Qui custodis israel / custodi famulos tuos in hoc lecto q̃escentes ab o͞ibus fantasmaticis demonum illusionibus: custodi eos vigilantes vt in p̃ceptis tuis meditentur dormientes / ⁊ te per soporem sentiant: vt hic ⁊ vbiq₃ defensionis tue muniantur auxilio. Per dñm. Deinde fiat bñdictio sup eos in lecto tm̃ cũ Oremus. Bñdictio.

Bene✠dicat deus corpa vestra ⁊ animas v̄ras: ⁊ det sup vos bñdictionẽ sicut benedixit abraham isaac et iacob. Amen. ¶ Alia benedictio cum Oremus.

Manus domini sit sup vos: mittatq₃ angelũ suum sanctum qui custodiat vos omnibus diebus vite vestre. Amen. ¶ Alia benedictio cum Oremus.

Bene✠dicat vos pater et fili⁹ ⁊ spirit⁹ sanct⁹: q̃ trin⁹ est in nũero: ⁊ vn⁹ in numie. Amẽ. His peractis asp̃gat eos aqua bñdicta. ⁊ sic discedat ⁊ dimittat eos in pace.

Peregrinorū seruitiū.

ORdo ad seruitium peregrinorū faciendū. In p̄rimis cōfiteantur peregrini de oīb9 peccatis suis: deinde dicātur sup eos corā altari p̄stratos psalmi ⁊ p̄ces sequentes: ⁊ post vnūquemq; psalmū dicat Gloria patri ⁊c. Ad te dn̄e leuaui. ps. Miserere mei. Require in vigilia mortuorum. Psalmus.

QUi habitat in adiutorio altissimi: in protectione dei celi cōmorabitur. Dicet dn̄o susceptor meus es tu: ⁊ refugium meū: deus me9 sperabo in eū. Qm̄ ipse liberabit me de laqueo venantiū: ⁊ a v̄bo aspero. Scapulis suis obūbrabit tibi: ⁊ sub pennis eius sperabis. Scuto circūdabit te veritas ei9: non timebis a timore nocturno. A sagitta volante in die a negocio perambulāte in tenebris: ab incursu ⁊ demonio meridiano. Cadēt a latere tuo mille ⁊ decem milia a dextris tuis: ad te aūt nō appropinquabit. Verūtamen oculis tuis cōsiderabis: ⁊ retributionē peccatoꝝ videbis. Qm̄ tu es dn̄e spes mea: altissimū posuisti refugiuz tuum. Non accedet ad te malū: ⁊ flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo. Qm̄ angelis suis mādauit de te: vt custodiant te in oībus vijs tuis. In manib9 portabunt te: ne forte offendas ad lapidem pedem tuū. Sup aspidem ⁊ basiliscum ambulabis: ⁊ conculcabis leonē et draconem. Qm̄ in me sperauit liberabo eum: protegā euz qm̄ cognouit nomen meum. Clamauit ad me ⁊ exaudiaz eum: cum ipso sum in tribulatione/ eripiā eū ⁊ glorificabo eū. Longitudine dierū replebo eū: ⁊ ostendā illi salutare meū. Gloria p̄ri. Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Pat nr̄. Et ne nos. Sed libera. Ego dixi domine miserere mei. Sana aiam meam qr peccaui tibi. Vias suas dn̄s demōstret tibi. Et semitas suas edoceat te. Gress9 tuos dn̄s dirigat secundum eloquium suū. Ut nō dominent̄ tibi omnes iniustitie. Utinaz dirigātur vie tue. Ad custodiendas iu-

stificationes dñi. Perficiat dñs gressus tuos in semitis su-
is. Ut non moueantur vestigia tua. Benedict⁹ dñs deus
die quotidie psperũ iter faciat tibi. Deus salutariũ tuorũ.
Angelus dñi bonus comitetur tecũ. Et bene disponat iti-
nera tua ⁊ actus tuos vt iterum cum gaudio reuertaris ad
ppria. Beati immaculati in via. Qui ambulãt in lege do-
mini. Nichil pficiat inimicus in te. Et filius iniquitatis
non apponat nocere tibi. Exurge dñe adiuua nos. Et libe
ra nos propter nomen tuum. Domine deus virtutum con
uerte nos. Et ostende faciem tuam ⁊ salui erim⁹. Domine
exaudi orationem meam. Et clamor me⁹ ad te veniat. Do
minus vobiscum. Et cum spiritu tuo. Oremus.

Adesto domine supplicationibus nostris ⁊ viam fa-
muli tui N in salutis tue psperitate dispone: vt iter
oẽs vie ⁊ vite huius varietates tuo semper protegatur au-
xilio. Per christum dñm. Oremus. Oratio.

Deus qui ad vitam ducis ⁊ confidentes in te paterna
protectione custodis: q̃sumus vt huic presenti famu-
lo tuo N. a nobis egredienti angelicum tribuas comitatũ:
vt auxilio tuo protect⁹ nullius mali concutiatur formidine:
nullo comprimatur aduersitatis languore: nullis irruẽtis
inimici molestetur insidijs: sed spacijs necessarij itineris
proprio gressu peractis: proprijsq̃ locis restitutus recipia-
tur sospes: ac debitas exoluat tuo nomini gratias. Per chri
stum dominum nostrum. Oremus. Oratio.

Deus qui diligentibus te misericordiam tuam sem-
per impendis / ⁊ a seruientibus tibi nulla es regione
longinquus: dirige viam huius famuli tui N. in volunta-
te tua: vt te protectore te duce per iustitie semitas sine offen
sione gradiatur. Per dominum. Hic surgant peregrini a
prostratione et benedicat sacerdos peras ⁊ baculos eorũ di-
cens Dominus vobiscum. et Oremus. Oratio.

Peregrinorũ seruitiũ.

DOmine iesu christe qui ineffabili tua miseratione ac patris iussione spirituſq; sancti cooperatione de celo descẽdere voluisti: ouemq; perditam diabolica seductiõe voluisti querere / atq; proprijs humeris ad celestis patrie gregem referre: quiq; precepisti filijs matris ecclesie orando petere: bene viuendo querere: ac pulsando pseuerare: vt citius inuenire valeãt salutaria premia vite. Te humiliter implorami⁹ quatenus sanctificando bene ✠ dicere digneris hãc peram & hunc baculum: vt quicũq; eã in tui nominis amore ad instar humilis armature lateri suo applicare: atq; collo suo suspendere: siue in manib⁹ suis gestare: sicq; peregrinando suffragia sanctorum humili comitante deuotiõe studuerint querere: dextere tue protecti munimine puenire mereãtur ad gaudia mãsiõis eterne. Per te saluator mũdi. qui cum patre & spũ sctõ viuis et regnas i vnitate spiritus. &c.

¶ Hic aspergat aquam benedictam super peras & baculos & ponat singulis peregrinis peram ad collum dicens.

IN nomine dñi nostri iesu xpi accipe hanc peram habitũ pegrinatiõis tue: vt bene castigat⁹ & saluatus puenire merearis ad limina sctõrũ quo pgere cupis: et peracto itinere tuo ad nos reuertaris incolumis. Per eũdẽ dñm. &c.

¶ Deinde tradat singulis eorum baculum ita dicens.

ACcipe hunc baculũ sustentationis itineris ac laboris peregrinationis tue: vt deuincere valeas omnes cateruas inimici: & puenire securus ad limina sctõrum quo pergere cupis: & peracto obedientie cursu ad nos reuertaris cũ gaudio. Per dñm. Si vero aliq̃ illorũ profecturi sunt hierusalẽ: tũc habeant ipsi vestes cũ cruce signatas: & benedicãtur cruces hoc modo. cum Dñs vobiscum. Oremus.

DEus inuicte potentie pietatis immense atq; peregrinantium toti⁹ cõsolationis auxilium / qui famulis tuis victricia arma tribuis: quesum⁹ vt has cruces deuote


hũilitatis bene ✠ dicere digneris: vt venerãde crucis vexillum (cuius in eis est designata figura) sit inuictissimum robur seruorũ tuorum contra antiqui hostis nequissima tentamenta: sit in via defensio: sit in domo protectio: sit vbiqz presidium. Per dominum. ¶ Hic aspergatur aqua benedicta sup cruces: & detur singulis peregrinis sic profecturis vestis cum cruce signata / dicente sacerdote.

Accipe vestimentũ cruce dñi nostri saluatoris signatum: vt per illud salus benedictio & virtus prospere proficiscendi ad sepulchrũ ipsius te comitetur. Qui cũ deo patre &c. His finitis dicatur missa pro iter agentibus.

¶ Ad missam officium hoc modo incipitur.




Sto mi chi in de um protecto rem & in locum refugi j vt saluum me faci as: quoniã firmamentũ me um et refugium meum es tu et propter nomẽ tuum dux michi e ris et enu tries me. In tempore paschali. alle lu ia alle luia. Ps. In te dñe speraui nõ cõfũdar



in eternū: in iustitia tua libera me & eripe me. Oratio.

ADesto domie supplicationibus nostris / & viā famuli tui N. in salutis tue prosperitate dispone: vt inter oēs vie et vite huius varietates tuo semper protegatur auxilio. Per dominū nostrū. Lectio libri genesis.

IN diebus illis. Locutus est abraham dicens. Dñs deus celi qui tulit me de domo patris mei & de terra natiuitatis: qui locutus est michi & iurauit dicēs. Semini tuo dabo terrā hāc: ipse mittet angelū suū corā te. Gradale.




Esto michi in deum pro te ctó rem



et in lo cum re fu gi j



vt sal uum me fa cias.



℣. Deus in te spera ui do mine



non confun dar.

in eter num. Repetatur gradale.

Allelu ia. ℣. Aut

ti ment do

minum spe rent in e um:

adiu tor et pro te

ctor eo rum est

Si in tempore pascha li contigerit: tunc erit secundũ Alleluia vnũ ex sequentibus.

Alle luia.

℣. Opor

Peregrinorū seruitiū.



vel. Alleluia. Surrexit altissimus. vel Alleluia. Christus mortuus est.


Require in gradualibus. Euangelium Secūdū Matheū.

In illo tempore. Dixit iesus discipulis suis. Euntes predicate dicentes: quia appropinquabit regnum celorum. Infirmos curate: mortuos suscitate: leprosos mundate: demões eijcite. Gratis accepistis: gratis date. Nolite possidere aurum neq; argentum in zonis vestris. Non peram: non calciamenta: neq; duas tunicas habeatis: neq; virgam. Dignus est operarius mercede sua. In quancunq; autem ciuitatem aut castellu; intraueritis: interrogate quis in ea dignus sit. Et ibi manete donec exeatis. Intrantes autem domum: salutate eam dicētes. Pax huic domui. Et siquidem illa dom⁹ fuerit digna: maneat pax vestra super eam. Si autem non fuerit domus digna: pax vestra super vos reuertetur. Et quicūq; non receperit vos: nec audierit sermones vestros: exeuntes de domo vel de ciuitate/excutite puluerem de pedibus vestris super eam. Amen dico

vobis: tolerabilius erit terre sodomorum et gomorreorum in die iudicij/ ꝙ illi ciuitati. Offertorium.



Sperent in te om nes qui nouerunt no men tu um do



mi ne quoniam non de re linquis querentes



te: psal li te do mi no qui ha bitat



in si on quoniã non est obli tus oratio nem



paupe rum. In tem pore pa schali. Alle luia. Hic offerãt peregrini. Secreta.

Propitiare quesumus domine supplicationibus nostris: et has oblationes quas tibi offerim⁹ pro famulis tuis benignus assume: vt viam illorum precedente gratia tua dirigas: ⁊ subsequente comitari digneris: vt de actu atq; incolumitate eorum secundum misericordie tue presidia gaudeamus. Per dominum. Communio.



Tu mandasti mandata tu a custodi ri nimis



vtinam dirigantur vie me e ad custodien



das iusti fica tio nes tu as.

In tempore paschali dicitur



Alle lu ia al le lu ia.

Postcommunio.

Sumpta q̃sumus domine celestis mysterij sacramẽta ad p̄speritatẽ itineris famuli tui proficiãt: & eum ad salutaria cuncta p̄ducãt. Per do. Post missam dicat sacerdos has orationes sequentes super peregrinos coram altari prostratos: siue profecturi sint hierusalem: siue ad sanctum iacobum: vel ad aliam peregrinationem. cum Dominus vobiscum. & cum Oremus.

Oratio.

Deus infinite misericordie & maiestatis immẽse: quẽ nec spacia locorũ nec interualla tẽporũ ab his quos tueris abiũgũt: respice adesto his famulis tuis / & p̄sta vt in te vtiq; confidentibus / per omnẽ quam ituri sunt viã & dux eis et comes esse digneris. Nichil illis aduersitatis noceat: nichil difficultatis obsistat. Cuncta eis sint salubria: cuncta sint prospera: vt sub ope misericordie tue quicquid iuste petierint / desiderio celeri & prospero consequãtur effectu. Per christum dñm. Alia oratio cum Oremus.

Oratio.

Omnipotens deus qui est via veritas et vita: iter tuũ in beneplacito suo disponat: angelũ suũ raphaelẽ in hac peregrinatione tui custodẽ adhibeat: qui ad loca desiderata cũ pace eundo te perducat: et cum salute iterum te ad

nos redeundo reducat. Sit interuentrix tui beata dei genitrix maria: cum vniuersis angelis et archangelis: patriarchis quoqꝫ et pphetis. Sint intercessores tui sancti apostoli petrus et paulus: cum ceteris apostolis martyribus confessoribus atqꝫ virginibus. Obtineantqꝫ tibi sancti quorū queris vestigia cum omnibus sanctis / iusta desideria ⁊ prosperitatem remissionemqꝫ omnium delictorum ac vitam eternam. Per dominum nostrum. Deinde communicentur et ita recedant in nomine dñi. ¶ Benedictio ensis noui militis fiat hoc modo. Interim genuflectente ipso milite corā altari: primo dicat sacerdos sine nota Dominus vobiscū. et Oremus. Oratio.

Deus cunctorū in te sperantiū protector / adesto supplicationibus nostris: ⁊ cōcede huic famulo tuo qui sincero corde gladio se primo nititur precingere militari: vt in omnibus galea tue virtutis sit ptectus. Et sicut dauid ⁊ iudith contra gentis sue hostis fortitudinis potētiā / victoriam tribuisti: ita tuo auxilio munitꝰ contra hostiū suorū seuitiam victor vbiqꝫ existat: et ad sancte ecclesie tutelam pficiat. Per xp̄m dñm nr̄m. Amen. ¶ Alia oratio cū Oremus.

Deus qui trinos gradus hostiū post lapsum ade in toto orbe terrarū constituisti: quo plebs tua fidelis immunis ab omni impetu nequitie secura et quieta permaneret: adesto supplicatiōibꝰ nr̄is: et hunc ensem respice quē inuocatione tui sctīssimi nois bn̄dicimus bn̄ ✠ dicere dignare: vt famulꝰ tuꝰ cui eū te largiente concedimꝰ ac accingimꝰ / sic eo vtatur Hic succingat sacerdos militem cū ense. quatinꝰ ⁊ hostes ecclesie insidiantes reprimat: et seipsū ab omni inimico tua ptectione potenter defendat. Per christū. ¶ Deinde aspergat sacerdos militem ense succinctum aqua benedicta: et recedat miles in nomine dñi. ¶ Benedictio carniū in die pasche cum Dominus vobiscum. ⁊ Oremus. Oratio.

Benedictiones carnis.

DEus celi terreq; dominator/ qui das escā omni carni/ & iples omne animal bñdictione: bene✠dic & sācti✠fica hanc creaturam carnis: vt nobis dona tua sumētibus anime & corporis sanitatē cōcedas. Per xp̄m dñm nostrum. Amen. ¶Alia oratio cum Oremus. Oratio.

DEus qui vniuerse carnis es conditor/ qui noe & filijs suis de mūdis & īmundis animalibus precepta dedisti: quiq; sicut olera herbaruz humano generi quadrupedia munda edere permisisti: & qui agnū in egypto moysi & populo tuo in vigilia pasche comedere p̄cepisti in figurā agni dñi nostri iesu christi/ cuius sanguine omnia primogenita tibi de mundo redemisti: et nocte illa omne primogenitū in egypto percutere precepisti/ seruans populū tuū agni sanguine prenotatū. Dignare domine deus omnipotens bene di✠cere et sancti✠ficare has carnes: vt quicunq; ex populo tuo fideli ex illis comederint/ oī bñdictione celesti & gratia tua saturati repleātur in bonitate. Per quē hec omnia domine condita sunt & ab initio creata saluator mundi. Qui viuis et regnas cum eodē filio tuo in vnitate spirit⁹ sancti. &c. Hic aspergatur aqua benedicta super carnes. &c. ¶Benedictio carnis: casei butyri ouorū siue pastillar̄ in pascha: cum Dominus vobiscum. et Oremus. Oratio.

DOmine deus omnipotens / qui fecisti et creasti cuncta viuentibus tue largitatis alimoniam: humanū q; genus spiritualibus escis ac poculis tuorum preceptorū/ terrenisq; substantijs tuorū donorū indesinēter reficis: te omnipotentem deū obnixe petimus/ vt hec dona tua carnis casei butyri vel ouorū siue cuiuscunq; alterius cibi quē tu ipse creasti et nobis donasti/ perpetua claraq; benignitate sanctificare ac bene✠dicere digneris. Vescētibus ex eis largam tue benedictionis sanitatem in visceribus eorū clementer collata: & presentis vite sospitatē & future beatitudi

nẽ misericorditer indulge. Per dñm. ¶ Deinde aspgat sacer
dos aquã benedictã. ¶ Benedictio nouorum fructuũ quo-
rũcunq; cum Dñs vobiscum. et Oremus. Oratio.

Domine sancte pater omnipotens eterne deus q̃ be-
nedixisti quinq; panes in deserto & duos pisces vnde
saturati sunt quinq; milia hominũ: sic bene ✠ dicere & san-
ctificare digneris hunc fructũ quẽ accipimus in tuo sancto
nomine & filij tui dñi nostri iesu christi: vt qui sumpserint ex
eo accipiant saturitatẽ mẽtis: protectionẽ corporis: tutelã
salutis: securitatẽ spei: corroborationẽ fidei: & eternitatẽ
spiritus sancti. Per eundẽ do. In vnitate eiusdẽ. Hic aspga
tur aqua benedicta. &c. ¶ Benedictio ad omnia quecũq; vo
lueris cum Dñs vobiscum. et Oremus. Oratio.

Creator & conseruator humani generis / dator gratie
spiritalis / largitor eterne salutis: tu dñe mitte spiritũ
sctm̃ tuũ sup hanc creaturam N. vt armata virtute celestis
defensionis quicunq; ex ea gustauerint pficiat illis ad salu
tem: & tam corporis quã anime recipiant sanitatem. Per. in
vni. eius. Hic aspergatur aqua benedicta sup ea. ¶ Benedi
ctio seminis cum Dñs vobiscũ. et Oremus. Oratio.

Omnipotens sempiterne deus creator generis huma-
ni suppliciter tuam clementiam exoramus: vt hoc se
men quod in tuo sancto nomine saturi sumus in agros no-
stros / celesti benedictione bene ✠ dicere & multiplicare atq;
ad maturitatem perducere digneris: vt per vniuersum orbẽ
terrarum collaudetur dextera tua. Per dñm nostrũ. Dein
de aspergatur aqua benedicta super semen. ¶ Benedictio
pomorũ in die sãcti iacobi cũ Dñs vobiscũ. & Oremus. Orõ.

Domine sancte pater omnipotẽs eterne deus: qui ad
infimi mũdi ornatum die tertia lignũ pomiferũ fa-
cere fructũ in primo precepisti: quiq; amarũ vetiti pomi sa-
porẽ antiqui serpentis suaue a patribus nostris gustatum

vnigeniti filij tui domini nostri iesu christi passione saluta-ri non sentire posteros filios naturaliter voluisti/a quo sa-nitas et omne medicamentū venit: quesum⁹ inenarrabilem pietatem tuam vt hunc nouorū pomorū fructū tuo consp ectui oblatum bene ✠ dicere et sancti ✠ ficare digneris: qua tinus sancti apostoli tui iacobi et martyris tui christophori (quorū hodie festa celebram⁹) omniūq; sanctorum tuoruz meritis ac precibus: quicunq; fideles tui cū gratiarū actiōe ex eo gustauerint/sanitatem mentis et corporis operante in eis spiritu sancto percipere mereantur. Per eundē dominū. In vnitate eiusdē spūs sancti deus. etc. Item benedictio po morum cū Dominus vobiscum. et Oremus. Oratio.

TE deprecamur omnipotens deus/ vt bene ✠ dicas hunc fructum nouorz pomorum: vt qui esu arboris letalis et pomo in primo parēte iusta funeris sententia mul ctati sumus: per illustrationem vnici filij tui redēptoris dei ac dñi nostri iesu christi/ et spiritus sācti benedictiōez sancti ficata sint omnia atq; benedicta: depulsisq; primi facinoris intentatoris insidijs/salubriter ex huius diei anniuersaria solennitate diuersis terris edenda germina sumamus. Per eundem dominum. In vnitate eiusdem. ¶ Deinde sa-cerdos aspergat ea aqua benedicta. ¶ Benedictio elemosy ne cum Dominus vobiscum. et Oremus. Oratio.

DEprecor te dñe sancte pater omnipotens eterne de⁹/ vt istam elemosynā bene ✠ dicere et sanctificare di-gneris pro anima famuli tui N. ad remedium et remissionē peccatorum suorum: vt in luce tue amenitatis sine fine lete tur. Per dominum nostrū. Deinde aspergat sacerdos super eam aquam benedictam. ¶ Benedictio panis in diebus do minicis. In primis sacerdos legat euangelium secundum iohannem. In principio. et postea dicat ℣. Sit nomen do-mini benedictum. ℟. Ex hoc nunc et vsq; in seculum. Dein-

de dicat sic. Dominus vobiscum. et Oremus. Oratio.

BEne ✠ dic dn̄e creaturā istam panis sicut benedixisti quinqꝫ panes in deserto: vt oēs ex eo gustantes tā corporis quam anime accipiāt sanitatē. In nomie patris ⁊ fi.

Tunc aspergatur aqua benedicta sup panem ⁊ distribuatur.

¶ Benedictio scuti ⁊ baculi ad duellum faciendum. In primis dicat sacerdos prostrat⁹ ante altare psalmos sequētes cum Gloria patri. pugnaturo interim genuflectente retro sacerdotem. ps. Deus in adiutoriū. require in visitatione infirmorum. ps. Benedicā dominū. ps. Iudica dn̄e nocē. me. ps. Qui habitat. vt̄s in officio peregrinorū. ps. Quicunqꝫ vult. an̄. Ne reminiscaris dn̄e delicta nostra. Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Pater noster. Et ne nos. Sed libera. Dn̄e nō secundū peccata nostra facias nobis. Neqꝫ secundū iniquitates nostras retribuas nobis. Dn̄e ne memineris iniquitatum nostrarū antiquarum. Cito anticipent nos misericordie tue quia pauperes facti sumus nimis. Adiuua nos deus salutaris noster. Et propter gloriaꝫ nominis tui domine libera nos/ ⁊ propiti⁹ esto peccatis nostris propter nomen tuum. Saluum fac seruū tuum. Deus meus sperantem in te. Mitte ei domine auxilium de sancto. Et de sion tuere eum. Esto ei domine turris fortitudinis. A facie inimici. Conuertere domine vsqꝫ quo. Et deprecabilis esto super seruum tuum. Domine exaudi orationem meam. Et clamor meus ad te veniat. Dominus vobiscum. Oremus. Oratio.

OMnipotēs sempiterne de⁹ q̇ mundū ex informi materia fecisti: ⁊ vnicū filiū tuū tibi coeternū p generis humani redēptione (spū sancto cooperāte) incarnari atqꝫ de hoste ātiquo triūphare fecisti: te supplicit petim⁹ vt hoc scutū respice atqꝫ baculū istū dextera potētie tue bn̄ ✠ dicere digneris: vt sint arma inuincibilia atqꝫ triumphare poten-

tia ꝛ te adminiculāte victricia: quatinus quicunqꝫ his armis pugnauerit/tua protectione munitus tā corporis quā anime salutē percipiat: atqꝫ victoriosum de hoste reportās tropheū bello peracto tibi creatori omnium gratias referat: cum filio tuo domino nostro iesu christo qui tecū ꝛ cū eodez spū sctō vi. ꝛ reg. de⁹. per oia ꝛc. Hic aspgat sacerdos scutuꝫ ꝛ baculū aqua benedicta. deinde resurgente pugnaturo: tradat ei sacerdos scutū dicēdo. Accipe hoc scutū ad corpis tui ptectionē. In noīe patris. ꝛc. Item dicat sacerdos. Protegat te xp̄s fili⁹ dei viui. Amen. Deīde tradat ei sacerdos baculū dicēs. Accipe hūc baculū ad hoc duellū preparatū: cū quo valeas tibi rebellantē prosternere ꝛ resurgentē contere re/ habeasqꝫ victoriaz. In noīe patris. ꝛc. Deinde tenēs pugnaturus scutū ꝛ baculū iterū genuflectat corā altari dicēte super eū sacerdote. Dn̄s vobiscū. et Oremus. Oratio.

Confortator ꝛ corroborator sustentamentūqꝫ tuoruz fideliū / adonai indeficiēs interminabilis inenarrabilis pater eterne deus: qui gentes magnas et reges fortes coram populo tuo israel destruxisti ꝛ vicisti: quiqꝫ puero tuo dauid de gygāte te blasphemante atqꝫ in sua virtute confidente triumphare concessisti: te supplices exoram⁹ vt hunc famulū tuū N. in te confidentē/benedicere adiuuare protegere confortare ꝛ conseruare: atqꝫ sanctorum tuorum angelorum presidio vallare digneris. Presta ei domine fidez rectam: spem firmā: cordis fiduciā: corporis fortitudinē: omniumqꝫ membrorū valitudinem. quatinus te adiuuante hostem prosternere / atqꝫ victoriam capessere mereatur: tibiqꝫ soli deo omnipotenti (bello triūphaliter peracto) gratias ꝛ laudes referat. Per christum dominum nostrum. ¶ Deinde sacerdos dans ei benedictionem dicat hoc modo.

Confortare ꝛ esto robustus: spera in dn̄o / fac bonitatē ꝛ noli obliuisci omnes retributiones ei⁹. Ip̄e det tibi

vitam ꝛ victoriã ꝛ bene ✠ dictionẽ in seculũ seculi. Amen. Bñ ✠ dicat te de⁹ pat. Amẽ. Custodiat te ies⁹ xp̃s. Amẽ. Cõfortet te sp̃us sanct⁹. Amẽ. Prestet tibi victoriã trin⁹ ꝛ vnus deus qui viuit ꝛ regnat ꝑ oĩa secula seculorũ. Amẽ. Deinde asꝑgat sacerdos euz aqua bñdicta ꝛ ita recedat in nomine dñi. ¶ Benedictio oculorũ infirmorꝫ potest fieri in hunc modum si necessitas inducat ꝛ deuotio alicui⁹ illã deposcat. In primis genuflectat infirmus coram altari. Deinde dicat sacerdos. Dñs vobiscum. ꝛ Oremus. Oratio.

DOmine iesu christe q̃ aperuisti oculos ceci nati: serena huius famuli tui oculos dans in eis visum ꝑspicacem sufficientem idoneum competentem ĩ obsequiũ tuũ: ꝑ virtutem huius sacramenti ꝛ ꝑ signum sancte crucis tue. Hic signet sacerdos oculos infirmi signo sancte crucis cum corporalib⁹ / ꝛ cũ eisdẽ ventilet in oculis eius dicens. In nomine patris ꝛ filij ꝛ spiritus sancti. Amẽ. ¶ Benedictio nauis cum Dñs vobiscũ. et cum Oremus. Oratio.

DEus cuius ꝓuidentia vniuersa reguntꝰ ꝛ conseruantur: q̃ dominaris potestati maris ꝛ mitigas motum fluctuũ eius: qui noe famulo tuo ne genus humanum periret in diluuio arcam facere precepisti: qui ventis et tempestatibus imperas et obediunt: qui petrũ super aquas maris ãbulantẽ ne mergeretur erexisti. Tuam dñe clemẽtiam obnixe petim⁹ ꝛ humiliter imploramus: quatinus hanc nauiculam per virtutem sancte crucis / et per intercessionem gloriose marie semꝑ virginis / ꝛ omnium sanctorũ tuoruꝫ: tua dextera digneris bene ✠ dicere omnesq̃ ĩsidias hostiuꝫ visibiliũ ꝛ inuisibilium ab ea repellere: vt in ea sub tua protectione nauigantes / nullis illudantur fantasmatib⁹: nullis deiiciantur aduersis. Nõ eos vorago terribilis sorbeat: non tempestas inpellat: non frangat scopulus: non inuadat aduersarius: sed vniuersis expediti terroribus / nomen

tuum collaudantes ad ppria cū gaudio reuerti mereantur. Per te saluator mundi: qui cū deo patre ꝛ spiritu sancto viuis et regnas deus: per omnia secula seculorum. Amen. Deinde aspergatur nauis aqua benedicta.

Omni die per annum de quocunqꝫ fiat seruitium nisi i diebus veneris ꝛ quando ieiunium est preceptum: vt in vigilijs / quatuor tēporibus / ꝛ ferialibus dieb⁹ infra quadragesimā: ꝛ nisi per hebdomadaꝫ pasche. dicantur benedictiones ante prandium hoc modo. In primis dicat sacerdos. Benedicite. ℟. Dominus. ps. Oculi omniū in te sperant dñe: et tu das escā illorū in tempore opportuno. Aperis tu manum tuam: ꝛ imples omne animal benedictione. Gloria patri. Sicut erat. Kyrie eleison. Xp̄e eleison. Kyrie eleison. Pater noster. Deinde dicat sacerdos. Et ne nos inducas in tētationē. ℟. Sed libera nos a malo. Sacerdos. Oremus. Bene ✠ dic dñe nos ꝛ dona tua que de tua largitate sumus sumpturi. Per xp̄ꝫ dñꝫ nostrum. ℟. Amen. Lector. Jube dñe benedicere. Sacerdos. Mēse celestis participes faciat nos rex eterne glorie. Amen. Lector. Deus charitas est: et qui manet in charitate in deo manet / et deus in eo. Sit de⁹ in nobis ꝛ nos maneamus in ipso. ℟. Amen. Hec predicta lectio non mutatur per totum annum quando predicte benedictiones dici debent ante prandium nisi in dominicis paschalis temporis tantuꝫ: tunc enim dicatur sequēs lectio. Expurgate vetus fermentum vt sitis noua cōspersio sicut estis azymi: etenim pascha nostruꝫ immolatus est christ⁹. Itaqꝫ epulemur in dño. Deinde post prandium dicat sacerdos hoc modo. Deus pacis et dilectionis maneat semper nobiscum. Tu autē domine miserere nostri. ℟. Deo gratias. ps. Confiteantur tibi domine omnia opera tua: et sancti tui benedicant tibi. Gloria patri. Sicut erat. Deinde dicat sacerdos capitulum. Agimus tibi gratias om-

nipotens deus pro uniuersis beneficijs tuis qui uiuis et regnas deus: per omnia secula seculorum. Amen. Deinde dicatur sequens ps. sacerdote incipiente. Laudate dominuz omnes gentes: laudate eum omnes populi. Quoniam confirmata est super nos misericordia eius: et ueritas domini manet in eternũ. Gloria patri. Sicut erat. Kyrie eleison. Xpe eleison. Kyrie el. Pater nr̃. Et ne nos. Sed libera. Dispersit dedit pauperibus. Justitia eius manet in seculuz seculi. Benedicam dominum in omni tempore. Semp laus eius in ore meo. In domino laudabitur anima mea. Audiant mansueti ꝛ letentur. Magnificate dominuz mecum. Et exaltemus nomen eius in idipsum. Sit nomen domini benedictum. Ex hoc nunc et usqꝫ in seculum. Deinde dicat sacerdos sine Oremus. Retribuere dignare domine deus omnibus nobis bona facientibus propter nomen sanctum tuum uitam eternam. Amẽ. Benedicamus domino. Deo gratias. Deinde dicat sacerdos de sancta maria aliquã antiphonaz ad placitum cum uersiculis et oratione de eadem que magis tempori conueniant: quibus dictis dicatur pro fidelibus defunctis. Psalmus.

in me deus: ⁊ spiritū rectū innoua in visceribus meis. Ne
proijcias me a facie tua: ⁊ spiritū sanctū tuum ne auferas a
me. Redde michi letitiam salutaris tui: ⁊ spiritu principa
li confirma me. Docebo iniquos vias tuas: ⁊ impij ad te
conuertentur. Libera me de sanguinibus deus deus salu-
tis mee: ⁊ exultabit lingua mea iustitiā tuā. Domīe labia
mea apies: ⁊ os meū annūciabit laudē tuā. Quoniā si vo
luisses sacrificiū dedissem: vtiq; holocaustis non delectabe
ris. Sacrificiū deo spiritus contribulatus: cor contritū ⁊
humiliatū deus non despicies. Benigne fac domine in bo-

na voluntate tua sion: vt edificentur muri hierusalem. Tunc acceptabis sacrificiũ iustitie oblationes et holocausta: tunc imponent super altare tuum vitulos. Gloria. Psalmus.

Domine exaudi orationẽ meã: et clamor meus ad te veniat. Non auertas faciem tuã a me: in quacũq; die tribulor inclina ad me aurẽ tuã. In quacunq; die inuocauero te: velociter exaudi me. Quia defecerunt sicut fumus dies mei: et ossa mea sicut cremiũ aruerunt. Percussus sum vt fenũ et aruit cor meũ: quia oblitus sum comedere panem meũ. A voce gemitus mei: adhesit os meũ carni mee. Similis factus sum pelicano solitudinis factus sũ sicut nycticorax in domicilio. Vigilaui: et factus sum sicut passer solitarius in tecto. Tota die exprobrabant mihi inimici mei: et qui laudabant me aduersum me iurabant. Quia cinerẽ tanq; panẽ manducabã: et potũ meũ cum fletu miscebam. A facie ire indignationis tue: q; eleuans allisisti me. Dies mei sicut vmbra declinauerunt: et ego sicut fenum arui. Tu aũt domine in eternũ permanes: et memoriale tuũ in generatione et generationem. Tu exurgens domine misereberis sion: quia tempus miserendi eius quia venit tẽpus. Quoniã placuerũt seruis tuis lapides eius: et terre eius miserebuntur. Et timebunt gentes nomen tuũ domine: et omnes reges terre gloriam tuã. Quia edificauit dñs sion: et videbitur in gloria sua. Respexit in orationẽ humiliũ: et non spreuit precẽ eorũ. Scribantur hec in generatiõe altera: et populus qui creabitur laudabit dñm. Quia prospexit de excelso sancto suo: dominus de celo in terrã aspexit. Vt audiret gemitus compeditorũ: vt solueret filios interemptor. Vt annuncient in sion nomen domini: et laudẽ eius in hierusalẽ. In conueniendo populos in vnũ: et reges vt seruiant dño. Respondit ei in via virtutis sue: paucitatẽ dierũ meorũ nũcia mihi. Ne reuoces me in dimidio dierũ meor:

in generatiōe & gñationē anni tui. Initio tu dñe terrā fundasti: & opera manuū tuarū sunt celi. Ipsi peribunt tu autē permanes: & omnes sicut vestimentū veterascent. Et sicut opertoriū mutabis eos & mutabuntur: tu autē idē ipse es & anni tui non deficient. Filij seruorum tuorū habitabūt: et semen eorū in seculū dirigetur. Gloria patri. Psalmus.

De profundis clamaui ad te domine: dñe exaudi vocē meā. Fiant aures tue intendentes: in vocē deprecationis mee. Si iniquitates obseruaueris dñe: domine qs sustinebit. Quia apud te propitiatio est: & propter legē tuam sustinui te domine. Sustinuit aīa mea in verbo eius: sperauit anima mea in dño. A custodia matutina vsqz ad noctem: speret israel in dño. Quia apud dominū misericordia: & copiosa apud eum redēptio. Et ipse redimet israel: ex omnibus iniquitatibus eius. Gloria patri. Psalmus.

Domine exaudi orationē meā / auribus percipe obsecrationē meā: in veritate tua exaudi me in tua iustitia. Et nō intres in iudiciū cū seruo tuo: quia non iustificabitur in cōspectu tuo oīs viuens. Quia psecutus est inimicus aīaz meā: humiliauit in terra vitā meā. Collocauit me in obscuris sicut mortuos seculi: & anxiat⁹ est super me spiritus me⁹ in me turbatū est cor meū. Memor fui dierum antiquorū meditatus sum in omnibus operibus tuis: in factis manuū tuarū meditabar. Expandi man⁹ meas ad te: aīa mea sicut terra sine aqua tibi. Velociter exaudi me dñe: defecit spūs meus. Non auertas faciē tuā a me: & similis ero descendentibus in lacū. Auditā fac michi mane miaz tuā: qr in te speraui. Notā fac michi viā in qua ambulez: quia ad te leuaui animā meā. Eripe me de inimicis meis dñe ad te confugi: doce me facere voluntatē tuā / quia deus me⁹ es tu. Spiritus tuus bonus deducet me in terrā rectā: propter nomen tuū dñe viuificabis me in equitate tua. Educes de

tribulatione animā meam: ⁊ in misericordia tua disperdes oēs inimicos meos. Et perdes omnes qui tribulāt animā meā: quoniā ego seruus tuus suz. Gloria patri. Aña. Ne reminiscaris dñe delicta nostra vel parentū nostrorum: neq; vindictam sumas de peccatis nostris: parce domine parce famulo tuo: quē redemisti precioso sanguine tuo ne in eternū irascaris ei. ¶ Et cū itrauerit domū dicat. Pax huic domui ⁊ oībus habitantibus in ea: pax igredientibus et egredientibus. ¶ Et sciendū est quando infirmus debet inungi: offerenda est ei imago crucifixi ⁊ ante cōspectū ei⁹ statuēda: vt redēptorē suū in imagine crucifixi adoret/ ⁊ passiōis eius quā pro peccatorū salute sustinuit; recordetur. Deinde aspergat infirmū aqua benedicta ⁊ statim sequatur. Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Pat nr. V. Et ne nos. Sed libera. V. Saluū fac seruū tuū vl ancillā tuā. De⁹ me⁹ sperātē in te. V. Mitte ei dñe auxiliū de sctō. Et de sion tuere eū. V. Nichil proficiat inimic⁹ in eo. Et fili⁹ iniqtatis nō apponat nocere ei. V. Esto ei dñe turris fortitudinis. A facie inimici. V. Dñe exau. Et cla. Dñs vo. Oremus. Oratio.

Deus qui beatū petrū apostolū tuū misisti ad thabitā famulā tuā vt eius precibus suscitaretur ad vitā: exaudi nos quesumus vt hunc famulū tuū N. quem in nomine tuo visitat nostra fragilitas/ exorata medicine tue medela citius sanitati restituat. Per christū. Orem⁹. Oratio.

Omnipotens sempiterne deus: qui subuenis in periculis ⁊ necessitate laborantib⁹ ⁊ flagella clementer tēperas: te dñe supplices exoramus vt per visitationē tuā sanctā erigas hunc famulū tuū N. ex hac egrotatione qua tenetur: ⁊ presentes eū ecclesie tue sancte incolumē ad laudē ⁊ gloriā nois tui. Per christū dñm nostrū. Orem⁹.

Exaudi nos omnipotēs ⁊ misericors deus ⁊ visitationē tuā cōferre digneris super hunc famulū tuum N.

quē diuersa vexat īfirmitas. Uisita eū dn̄e sicut visitare dignatus es socrū petri puerū q̄ centurionis ⁊ tobiā ⁊ saram per sanctū angelū tuū raphaelem. Restitue in eo domine pristinā sanitatem: vt mereatur in atrio domus tue dicere / castigans castigauit me dn̄s ⁊ morti nō tradidit me: saluator mundi. Qui cum deo patre ⁊ spiritu sancto viuis ⁊ regnas deus. Per omnia secula seculorum. Amen. Oratio.

DEus q̄ famulo tuo ezechie ter quinos annos ad vitā donasti: ita ⁊ hūc famulū tuū N. a lecto egritudinis tuā potētia erigas ad salutē. Per xp̄z dn̄m nostrū. Oratio.

REspice quesumus dn̄e famulū tuum N. in infirmitate sui corporis laborantem: et animam refoue quā creasti: vt castigationibus emundata / continuo se sentiat tua medicina saluatam. Per xp̄m dominū. Oratio.

DEus qui facture tue pio semper dominaris affectu / inclina aurē tuā supplicationibus nostris: ⁊ famulū tuum N. ex aduersa valitudine sui corporis laborantem placat⁹ respice: et visita in salutari tuo: ac celestis ei gratie presta medicinam. Per xp̄m dominū nostrū. Oratio.

UIrtutū celestiū deus q̄ ab humanis corporib⁹ omnē languorē ⁊ omnē infirmitatē p̄cepti tui potestate depellis: adesto ꝓpitius huic famulo tuo N. vt fugatis infirmitatibus ⁊ viribus receptis / nomē sanctū tuū instaurata ꝓtin⁹ sanitate benedicat. Per xp̄m dn̄m nr̄m. Amē. Orō.

DOmine sancte pater omnipotens eterne deus: q̄ fragilitatē conditionis humane infusa virtutis tue dignatione confirmas: vt salutaribus remedijs pietatis tue corpora nostra ⁊ mēbra vegetent / super hūc famulū tuū N. propitius intēde: vt omni necessitate corporee infirmitatis exclusa gratia in eo pristine sanitatis ꝑfecta reparetur. Per christum dn̄m nostrū. Oremus. Oratio.

REspice dn̄e de celo et vide ⁊ visita hunc famulū tuū:

N. et benedic eũ sicut benedicere dignat⁹ es abrahã / isaac/ et iacob. Respice sup eũ dñe oculis mie tue: et reple euz omni gaudio et letitia et timore tuo. Expelle ab eo oẽs inimici insidias: et mitte angelũ pacis qui eũ custodiat et domũ istaz in pace perpetua. Per dñz nostrũ. etc. ¶ Deinde priusq̃ vngatur ĩfirm⁹ aut cõicetur: exhortet eũ sacerdos hoc modo.

FRater charissime: gratias age omnipotenti deo p vniuersis + bñficijs suis: patienter et benigne suscipiens infirmitatẽ corporis quã tibi deus imisit: nã si ipsaz hũiliter sine murmure toleraueris: infert aĩe tue maximũ premiũ et salutez. Et frater charissime q2 viã vniuerse carnis ingressurus es: esto firm⁹ in fide. Qui eñ non est firm⁹ in fide: infidelis est: et sine fide impossibile est placere deo. Et ideo si salu⁹ esse volueris: ante oĩa opus est vt teneas catholicã fidẽ: quã nisi integraz inuiolatãq3 seruaueris: absq3 dubio in eternũ peribis. ¶ Deinde bonũ et valde expediens est vt sacerdos exprimat infirmo. xiiij. articulos fidei: quorũ vij. primi ad mysteriũ trinitatis: et. vij. alij ad christi humanitatẽ pertinent: vt si forte prius in aliquo ipsorũ errauerit titubauerit vel dubius fuerit: ante mortẽ dũ adhuc spirit⁹ vnitus est carni/ ad fidẽ solidã reducatur: et potest sacerdos dicere sic. Fides aũt catholica hec est frater. Credere ĩ vnũ deũ: hoc est in vnitatẽ diuine essentie: in triũ personarũ idiuisibili trinitate. ij. Patrẽ ingenitũ esse deũ. iij. Unigenitũ dei filiũ: esse deum per oĩa coequalẽ patri. iiij. Spiritũ sanctũ non genitũ / non factũ / non creatum: sed a patre et filio pariter procedentẽ: esse deum patri filioq3 consubstantialez etiã et equalem. v. Creationẽ celi et terre: id est oĩs visibilis et inuisibilis creature a tota idiuisibili trinitate. vj. Sanctificationẽ ecclesie per spiritũ sanctũ et gratie sacramenta ac cetera omnia in q̃bus cõmunicat ecclesia christiana: in quo intelligitur q2 ecclesia catholica cũ suis sacramentis et legi

bus per spiritū sanctū regulata: quod homini quātūcunq; faci
noroso peccatori sufficit ad salutem: et quod extra ecclesiam ca
tholicam non est salus. vij. Cōsummationē ecclesie per glo
riam sempiternam in anima et carne veraciter suscitanda:
et per cuius oppositū intelligitur eterna damnatio reprobo
rū. Si vis ergo saluus esse frater: ita de mysterio trinitatis
sentias. Deinde exprimat ei sacerdos alios septem articulos
ad christi humanitatē pertinentes hoc modo. Similiter fra
ter charissime necessariū est ad eternam salutē vt credas et
confitearis domini nostri iesu christi incarnationē / seu ve-
ram carnis assumptionē per spiritū sanctū ex sola virgine
gloriosa. ij. Verā incarnati dei natiuitatē ex virgine incor-
rupta. iij. Veram xpi passionē et mortē sub tyrannide pilati.
iiij. Verā xpi descensionē ad inferos in aīa ad spoliationem
tartari: quiescente corpore eius in sepulchro. v. Verā xpi dei
tertia die a morte resurrectionē. vj. Veram ipsius ad celos
ascensionē. vij. Ipsius venturi ad iudiciū certissimā expe-
ctationē. Hec est fides catholica frater / quam nisi fideliter
firmiterq; credideris sicut sancta mater ecclesia credit: sal-
uus esse non poteris. ¶ Et si infirmus laicus vel simpli-
citer literatus fuerit: tunc potest sacerdos articulos fidei in
generali ab eo inquirere sub hac forma. Charissime frater
credis patrē et filiū et spiritū sanctū esse tres psonas et vnum
deū / et ipsam benedictā atq; indiuisibilē trinitatē creasse oīa
creata visibilia et inuisibilia. Et solū filiū de spiritu sctō cō
ceptū incarnatū fuisse ex maria virgine: passum et mortuum
pro nobis in cruce sub pontio pilato: sepultū descendisse ad
inferna: die tertia resurrexisse a mortuis: ad celos ascēdisse:
iterūq; venturū ad iudicandum viuos et mortuos / omnesq;
homines tūc in corpore et aīa resurrecturos / bona et mala se
cundū merita sua recepturos. Et remissionē peccatorū per
sacramentorū ecclesie perceptionē. Et sanctorum commu-

nionem:id est omnes homines in charitate existentes / esse participes omniū bonorū gratie que fiunt in ecclesia: ꝛ omnes qui cōmunicant cū iustis hic in gratia/cōmunicare cuꝫ eis in gloria. ❡ Deinde respondeat infirmus. Credo firmiter in omnibus sicut sancta mater credit ecclesia :protestando corā deo ꝛ omnibus sanctis continue hoc esse meā veraꝫ ꝛ firmā intentionē quomodocunqꝫ aliqs spiritus malignꝰ memoriā meā aliter forte in futuro sollicitauerit perturbare. ❡ Deinde dicat sacerdos. Charissime frater qꝛ sine charitate nichil proderit tibi fides : testante apostolo qui dicit. Si habuero omnē fidem ita vt montes transferā/charitatem aūt non habuero : nichil sum . ideo oportet te diligere dnm deum tuū super omnia ex toto corde tuo/ ꝛ ex tota anima tua: ꝛ proximū tuū propter deum sicut teipsum: nam sine huiusmodi charitate nulla fides valet. Exerce ergo charitatis opera dū vales: ꝛ si multū tibi affuerit/ abundanter tribue: si aūt exiguū/illud ipertiri stude. Et ante oīa si quē iniuste leserꝭ: satisfacias si valeas. sin aūt: expedit vt ab eo veniā hūiliter postules. Dimitte debitoribus tuis ꝛ illis qui in te peccauerūt :vt deꝰ tibi dimittat. Odiētes te diligas: ꝓ malis bona retribuas. dimittite (inqt saluator) ꝛ dimittetꝭ vobis. Spē etiā firmam ꝛ bonā fiduciā frater oportet te habere in deo ꝛ in mīa sua: ꝛ si occurrerit cogitatui tuo multitudo peccatorū tuorū/dole: sꝫ nullo modo desperes. Immo cogita qm̄ (vt testatur scriptura) misericordie eiꝰ super oīa opera eiꝰ: ꝛ illi soli proprium est misereri semper ꝛ parcere: ꝛ qꝛ secundū altitudinē celi a terra corroborauit misericordiam suam super timentes se. Spera igitur in deo ꝛ fac bonitatē: quoniam sperantem in dn̄o misericordia circūdabit. q̄ sperant in dn̄o habebūt fortitudinē ꝛ assument pēnas vt aquile, volabunt ꝛ non deficient . volabūt em̄ a tenebris ad lumē: a carcere ad regnū: a miseria presenti ad gloriā sempi

ternā. ¶ Deinde stabilito sic infirmo in fide charitate & spe/ dicat ei sacerdos. ¶ Charissime frater si velis ad visionez dei peruenire: oportet omnino q sis mūdus in mēte & pur⁹ in cō scientia: ait eñ xp̄s in euangelio. Beati mūdo corde: qm ip si deū videbunt. Si ergo vis mūdum cor & conscientiā sanā habere peccata tua vniuersa cōfitere/ oris eñ cōfessio fit ad salutē. vt ait apostol⁹. Et qr forte antehac aut per obliuio- nē aut verecūdie cōfusionē aliqua peccata tua vel eor circū stantias aggrauātes omisisti: trūcasti: abscōdisti: vel min⁹ confessus fuisti, ideo iam resume ab initio & confitere, qm in proximo est vt viā vniuerse carnis ingressur⁹ sis: & tūc am- plius cōfiteri non poteris. Dic ergo vni peccata tua: vt de⁹ corā multis milibus in die iudicij ea tegat. Si aūt tu hic ea tegas & abscōdas in oīm conspectu: ad tui confusionē in die iudicij denudabunt. Recogita ergo oēs annos tuos in ama- ritudīe aīe tue/ & nō sit tibi solicitudo de aliqua creatura vel rebus mundanis: sed omnē solicitudinē tuā proijce in deū: & noli esse imemor salutis anime tue. Multū tēpus in vanū transegisti: nūc vna hora tibi forte tantū supest in hac vita: & ideo hanc expende totaliter in vtilitatem & cōmodū ani- me tue. Surge frater de lacu miserie & de luto peccati p con- fessionem. Grandis eñ tibi restat via. Surge ergo vt lotus lachrymis contritionis, comedere valeas panez vite: hoc est, sacramentum corporis christi quod erit tibi in via hac qua gradieris, robur & fulcimentū: & ambulabis p dei gratiā in fortitudine cibi illi⁹ vsq ad montem dei: quod tibi concedat omniū fideliū redemptor dei filius iesus christus. Amen.

¶ Deinde audita integra confessione infirmi: & factis inter rogationibus expedientibus: iniungat sacerdos infirmo q siquid iniuste alieni habuerit: vel si quem iniuste leserit seu dānificauerit: reddat & satisfaciat si valeat: sin autē veniaz humiliter postulet. Attamē non iniūgat ei sacerdos aliquā

penitentiam sed dicat ei benigniter hoc modo. Frater tu tot & talia peccata commisisti: pro quibus si tu esses sanus talem penitentiã deberes agere vsq3 ad tale tempus .. inno- tescendo ei illam penitentiã in speciali. sed quia infirm9 es et forte vita tua ad hoc peragendum extendi non valebit: ideo non iniũgo tibi aliquã penitentiã. Volo tñ q̃ (si forte decesseris) facias talẽ elemosynã vel ad min9 iniũgas ami- cis vel executoribus tuis ipsam facere ex parte tua: pro ipsa penitẽtia. assignando ipsã elemosynã in speciali. Si aũt cõ- ualueris: penitẽtiã quã tibi notificaui adimpleas vel iterũ humiliter de nouo redeas ad confessionẽ: vel michi vel alij qui tibi absolutionis beneficiũ in hac parte de iure conferre valeat & debeat. Et concedo tibi q̃ omnes indulgentie quo- rũcunq3 prelatorũ tibi concesse seu qualitercunq3 conceden- de / eorũq3 bñdictiones / omnes aque benedicte aspersiões / deuote pectoris tui tunsiones / cordis tui cõtritiones / ista cõ fessio & omnes alie confessiones tue deuote / omnia ieiunia / abstinentie / elemosyne / vigilie / discipline / orationes / per- eginationes / & oĩa alia bona que fecisti vel facies / & oĩa ma la que pro deo siue iniuste sustinuisti vel sustinebis / passio saluatoris dñi nr̃i iesu xp̃i / meritaq3 beate & gloriose virgi nis marie & omniũ aliorum sanctorum / necnon suffragia totius sancte ecclesie catholice: cedant tibi in remissionẽ isto rum & omniũ aliorum peccatorũ tuorum / in augmentatio- nem meritorum & consecutionẽ premiorũ eternorũ. Amen. Deinde dicat sacerdos hoc modo. Misereatur tui omnipo- tens de9 & dimittat tibi omnia peccata tua: liberet te ab om ni malo: conseruet & confirmet in bono / et ad vitam perdu- cat eternam. Amen. ¶ Deinde absoluat sacerdos infirmũ / ab omnibus peccatis suis hoc modo dicens.

Dominus noster iesus christ9 pro sua magna pietate te absoluat: & ego auctoritate eiusdẽ dei dñi nostri te

su christi/ ꝛ beatorū apostolorū petri ꝛ pauli: ꝛ auctoritate michi tradita absoluo te ab omnibus peccatis his de quib⁹ corde contritus ꝛ ore michi cōfessus es: ꝛ ab omnibus alijs peccatis tuis de quibus si tue occurrerēt memorie libenter confiteri velles: ꝛ sacramentis ecclesie te restituo. In nomine patris ꝛ filij ꝛ spiritus sancti. Amen. ¶ Notandū est ꝙ licet sacerdos possit de facto absoluere infirmū in articulo mortis ab oībus peccatis suis: tamen si aliquis casus occurrat in confessione a quo ipse sacerdos eū alias de iure absoluere non posset in iungendū est infirmo ꝙ cum conualuerit presentet se illi ad confitendum qui eū de iure vel consuetudine in hac parte absoluere debeat/ recepturus ei⁹ mādata ꝛ satisfacturus: nā alias reincidit in eandē sentētiā quā pri⁹ sustinuit. Si infirmus bullā habeat apostolicā de plena absolutione ꝛ remissione oīm peccatorū suorū semel ī articulo mortis ꝯcessā: tūc prio legat sacerdos effectū bulle: deinde ceteris pactis (vt ꝑdictū est) fiat ei⁹ absolutio sub hac forma.

Dominus noster iesus christus pro sua magna pietate te absoluat: ꝛ ego auctoritate eiusdē dei ꝛ dñi nostri iesu xp̄i/ et beatorū apostoloꝝ petri ꝛ pauli/ ꝛ domini nostri dñi N. diuina prouidentia summi pontificis: ꝛ virtute gratie tibi concesse: ꝛ electionis qua me in tuū confessorem elegisti in hac parte michi commissa: absoluo te ab omnib⁹ peccatis tuis/ de quibus corde contritus et ore michi confessus es: ꝛ ab omnib⁹ alijs peccatis tuis de quibus si tue occurrerent memorie confiteri velles: ab omni factione votorū ꝛ omni omissione salutariū penarū sacramentaliter tibi iniunctarū: ꝛ ab omni transgressione diuinorū mandatoꝝ. Tibiq; concedo plenā indulgentiā omniū peccatorū tuorū inquantū claues ecclesie et potestas domini pape se extendunt. Et si immiscendo te diuinis sic innodatus es aut vnꝙ̄ fuisti/ ꝙ aliquaz notam irregularitatis contraxisti: vel

penam suspensionis/interdicti/seu excõmunicationis incurristi: eadem auctoritate tollo et ãmoueo tecũq; dispenso: et sacramentis ecclesie te restituo. In nomine patris et filij et spiritus sancti. Amen. Deinde dicat sacerdos orationem sequentem cũ Dñs vobiscum. et Oremus. Oratio.

PRetende dñe huic famulo tuo dexterã celestis auxilij: vt te toto corde pquirat: et que digne postulat assequat. Per xp̃m dñz nr̃m. R. Amẽ. Sequat Be ✠ nedictio dei patris omnipotentis: et filij: et spiritus sancti sup te descendat et maneat semp. Amen. Deinde osculetur crucẽ ifirmus et sacerdotẽ et postea omnes alios per ordinem: et interim dicat sacerdos morosius. Dñs vobiscũ. et Orem⁹. Orõ.

DEus misericors deus clemens: qui secundum multitudinẽ miserationũ tuarũ peccata penitentium deles: et preteritorꝫ criminũ culpas venia remissiõis euacuas: respice super hũc famulũ tuũ N. sibi remissionẽ oĩm peccatorũ suorũ tota cordis contritione poscentez. Renoua in eo pijssime pater quicquid diabolica fraude violatũ est: et vnitati corporis ecclesie tue mẽbrũ infirmũ peccatorum pcepta remissione restitue. Miserere domine gemitũ eius: miserere lachrymarũ: miserere tribulationũ atq; dolorũ: et non habẽtem fiduciam nisi in tua misericordia/ad sacramentũ recõciliationis admitte. Per xp̃m dñm nr̃m. Oremus. Oratio.

DA nobis quesumus dñe/vt sicut publicani precib⁹ et confessione placat⁹ es: ita et huic famulo tuo N. benign⁹ aspires: vt in confessione flebili permanens mĩam tuã celeriter consequatur: sacrisq; altarib⁹ restitut⁹/rursus diuino famulatui mãcipet. Per xp̃z dñz no. Amẽ. Absolutio.

ABsolum⁹ te N. vice beati petri apostolorum principis cui dñs potestatẽ ligandi atq; soluendi dedit: et quãtũ ad te pertinet accusatio et ad nos remissio: sit tibi omnipotens deus vita et salus/et omniũ peccatorum tuorum

pius indultor. Qui viuit ⁊ regnat cū deo p̄re in vnitate spi-
ritus sancti deus. ¶ De extrema vnctione. Priusq̄ vngat
infirm⁹ incipiat sacer. añ. Saluator mūdi. Deide dicat ps.

IN te dñe speraui nō confundar in eternum: in iustitia
tua libera me ⁊ eripe me. Inclina ad me aurem tuā:
⁊ salua me. Esto michi in deum ꝓtectorē ⁊ in locum muni
tum: vt saluum me facias. Qm̄ firmamentū meū: ⁊ refu-
giuz meū es tu. Deus meus eripe me de manu peccatoris:
⁊ de manu contra legē agentis ⁊ iniqui. Quoniā tu es pa-
tientia mea dñe: spes mea a iuuentute mea. In te cōfirma
tus sum ex vtero: de ventre matris mee tu es protector me⁹.
In te cantatio mea semper: tanq̄ prodigiū fact⁹ suz mul-
tis ⁊ tu adiutor fortis. Repleatur os meū laude: vt cantē
gloriam tuā tota die magnitudinē tuā. Ne proiicias me i
tempore senectutis: cū defecerit virtus mea ne derelinquas
me. Quia dixerunt inimici mei mala michi: ⁊ qui custodie
bant aīam meā consiliū fecerunt in vnū. Dicētes deus de
reliquit eū/ persequimini ⁊ comprehendite eū: q̄z nō est qui eri
piat. Deus ne elongeris a me: deus meus in auxilium me
um respice. Confundantur ⁊ deficiant detrahentes anime
mee: operiant̄ confusione ⁊ pudore q̄ querunt mala michi.
Ego aūt semper sperabo: ⁊ adiiciam super omnē laudē tu-
am. Os meū annunciabit iustitiā tuam: tota die salutare
tuum. Qm̄ non cognoui literaturam introibo in potenti-
as dñi: dñe memorabor iustitie tue solius. De⁹ docuisti me
ex iuuētute mea: ⁊ vsq̄ nūc pronūciabo mirabilia tua. Et
vsq̄ in senectā ⁊ seniū: deus ne derelinquas me. Donec an
nunciem brachiū tuuz: generationi omni que ventura est.
Potentiā tuā ⁊ iustitiā tuā deus vsq̄ in altissima que feci-
sti magnalia: deus quis similis tibi. Quātas ostendisti mi
chi tribulatiōes multas ⁊ malas/ ⁊ cōuersus viuificasti me:
⁊ de abyssis terre iterz reduxisti me. Multiplicasti magnifi

centiā; tuam: ꝛ conuersus consolatus es me. Nam ꝛ ego confitebor tibi in vasis psalmi veritatem tuam deus: psal-lam tibi in cithara sanctus israel. Exultabunt labia mea cum cantauero tibi: ꝛ anima mea quā redemisti. Sed ꝛ lingua mea tota die meditabit iustitiam tuā: cū confusi ꝛ reueriti fuerint qui querunt mala michi. Finito psalmo cum Gloria patri ꝛ filio. ꝛc. Sicut erat. ꝛc. tota dicatur Aña. Saluator mūdi salua nos/ qui per crucē ꝛ sāguinē redemisti nos: auxiliare nobis te deprecamur deus noster. Tūc dicat sacerdos. Dominus vobiscū. et Oremus. Oratio.

Omnipotens sempiterne deus: qui p beatū iacobū apostolū tuū locutus es dicens. Infirmatur quis in vobis: inducat presbyteros ecclesie et orent sup eum vngentes oleo sancto in nomine domini: ꝛ oratio fidei saluabit infirmū: et alleuiabit eum dñs: ꝛ si in peccatis sit dimittentur ei. dignare per manus nostras hunc famulū tuū N. infirmu; de oleo scificato vngere: ꝛ virtute bñdictionis tue saluti pristine restituere: vt quod exteri⁹ per ministeriū nostrū efficit/ hoc interi⁹ spiritualiter tua diuina virt⁹ ac inuisibiliter tua malagmata operent. Per dñm. Tūc sacerdos accedens ad infirmū incipiat psalmū sequētem quē chorus vel clericus totū psequatur: ꝛ sic fiat de ceteris psalmis sequētibus. ps.

Usquequo domine obliuisceris me in finem: vsquequo auertis faciē tuā a me: Quā diu ponam consilia in anima mea: dolorē in corde meo per diē: Usquequo exaltabitur inimicus meus super me: respice ꝛ exaudi me dñe deus meus. Illumina oculos meos ne vnq̃ obdormiam in morte: nequando dicat inimicus meus preualui aduersus eū. Qui tribulant me exultabunt si motus fuero: ego autē in mīa tua speraui. Exultabit cor meū in salutari tuo: cantabo domino qui bona tribuit michi/ ꝛ psallam nomini domini altissimi. Gloria patri et filio. Sicut erat in prin.

Extrema vnctio.

¶ Dum dicitur predictus psalmus a choro vel a clerico: accipiat interim sacerdos oleũ infirmorũ super pollicem dextrũ: et sic cũ illo pollice tangat infirmũ cũ oleo signum sancte crucis faciens super vtrunqz oculum incipiendo ad dextrum/ et dicat sacerdos hoc modo.

Per istã vnctionẽ ⁊ suã piissimã misam indulgeat tibi dñs quicqd peccasti p visũ. ℟. Amen. Sequatur ps.

Exaltabo te dñe quoniã suscepisti me: nec delectasti inimicos meos super me. Domine deus meus clamaui ad te: ⁊ sanasti me. Domine deduxisti ab inferno animã meã: saluasti me a descendentibus in lacũ. Psallite dño sãcti eius: ⁊ confitemini memorie sanctitatis eius. Quoniã ira in indignatione eius: ⁊ vita in voluntate eius. Ad vesperũ demorabitur fletus: ⁊ ad matutinũ letitia. Ego autẽ dixi in abũdantia mea: non mouebor in eternũ. Dñe in volũtate tua: prestitisti decori meo virtutẽ. Auertisti faciẽ tuã a me: ⁊ factus sum conturbatus. Ad te dñe clamabo: ⁊ ad deũ meũ deprecabor. Que vtilitas in sãguine meo: dũ descẽdo in corruptionẽ? Nunquid cõfitebitur tibi puluis: aut annunciabit veritatẽ tuã? Audiuit dñs ⁊ misertus est mei: dominus factus est adiutor meus. Conuertisti planctũ meũ in gaudiũ michi: concidisti saccum meũ et circundedisti me letitia. Ut cantet tibi gloria mea ⁊ non cõpungar: domine deus meus in eternuz confitebor tibi. Gloria patri te filio. Sicut erat. Deinde super aures dicens.

Per istã vnctionẽ ⁊ suã piissimã miaz indulgeat tibi dñs quicqd peccasti p auditũ. ℟. Amẽ. Sequat ps.

Iudica me deus ⁊ discerne causam meam de gente nõ sancta: ab homine iniquo ⁊ doloso erue me. Quia tu es deus fortitudo mea: quare me repulisti/ et quare tristis incedo dum affligit me inimicus? Emitte lucem tuã ⁊ veritatem tuã ipsa me deduxerunt et adduxerunt in montem

sanctum tuū / et in tabernacula sua. Et introibo ad altare dei: ad deum qui letificat iuuentutem meā. Confitebor tibi in cithara deus deus me⁹: quare tristis es anima mea / ꝛ quare conturbas me: Spera in deo quoniam adhuc confitebor illi: salutare vultus mei et deus meus. Gloria patri ꝛ filio. Sicut erat. Deinde super labia dicens.

PEr istam vnctionē et suā pijssimā misericordiam indulgeat tibi dominus quicquid peccasti per gustum et illicita verba. ℟. Amen. Sequatur psalmus.

DEus in noīe tuo saluū me fac: ꝛ in virtute tua iudica me. Deus exaudi orationem meam: auribus percipe verba oris mei. Quoniā alieni insurrexerūt aduersū me ꝛ fortes quesierūt aīam meā: ꝛ non ꝓposuerūt deū ante cōspectū suū. Ecce enī de⁹ adiuuat me: ꝛ dn̄s susceptor est anime mee. Auerte mala inimicis meis: ꝛ in veritate tua disperde illos. Voluntarie sacrificabo tibi: ꝛ confitebor nomini tuo dn̄e quoniā bonū est. Quoniā ex omni tribulatione eripuisti me: et super inimicos meos despexit oculus meus. Gloria patri ꝛ filio. Sicut erat. Deīde super nares dicēs.

PEr istā vnctionē ꝛ suā pijssimā mīam indulgeat tibi dn̄s ꝙcq̄d peccasti ꝑ odoratū. ℟. Amē. Sequatur ps̄.

DEus in adiutoriū meū intende: dn̄e ad adiuuandū me festina. Confundantur ꝛ reuereātur: q̄ querunt aīam meā. Auertantur retrorsum ꝛ erubescant: q̄ volunt michi mala. Auertant statim erubescentes: q̄ dicunt mihi euge euge. Exultēt ꝛ letentur in te oēs q̄ querūt te: ꝛ dicāt semꝑ magnificetur dn̄s q̄ diligunt salutare tuū. Ego vero egenus ꝛ pauper sū: deus adiuua me. Adiutor meus ꝛ liberator meus es tu: dn̄e ne moreris. Gloria pa. Manus sacerdotis īfirmi debēt inūgi ī partib⁹ exterioribus: nā et ep̄s linebat in partib⁹ īterio rib⁹. Man⁹ vero cuiuscūq; alterius infirmi debēt inūgi interi⁹. ¶ Deinde super man⁹ ita dicēs.

Extrema unctio.

PEr istã unctionẽ ⁊ suã pijssimã miaz indulgeat tibi dñs qcqd peccasti per tactũ. ℟. Amẽ. Sequatur ps.
INclina dñe aurẽ tuã ⁊ exaudi me: quoniam inops et pauper sum ego. Custodi aiam meã qm sanctus sũ: saluũ fac seruũ tuũ deus meus sperãtẽ in te. Miserere mei dñe qm ad te clamaui tota die: letifica animã serui tui quoniã ad te dñe aiaz meã leuaui. Quoniã tu dñe suauis ⁊ mitis ⁊ multe misericordie: omnibus inuocantibus te. Auribus percipe dñe orationẽ meã: intende voci deprecationis mee. In die tribulationis mee clamaui ad te: quia exaudisti me. Non est similis tui in dijs dñe: ⁊ non est secũdũ opera tua. Omnes gentes quascunqz fecisti venient/et adorabunt corã te dñe: ⁊ glorificabunt nomẽ tuũ. Quoniã magnus es tu ⁊ faciens mirabilia: tu es de⁹ solus. Deduc me dñe in via tua vt ingrediar in veritate tua: letetur cor meũ vt timeat nomen tuũ. Confitebor tibi dñe deus meus i toto corde meo: ⁊ glorificabo nomẽ tuũ in eternũ. Quia misericordia tua magna est super me: ⁊ eruisti animã meã ex inferno inferiori. Deus iniqui insurrexerunt sup me/ ⁊ synagoga potentiũ quesierũt animã meam: ⁊ non proposuerũt te in cõspectu suo. Et tu dñe deus miserator ⁊ misericors: patiens ⁊ multe misericordie ⁊ verax. Respice in me ⁊ miserere mei: da iperiũ puero tuo ⁊ saluũ fac filiũ ancille tue. Fac mecuz signum in bono vt videant qui oderunt me et confundantur: quoniã tu dñe adiuuisti me ⁊ consolatus es me. Gloria patri. ¶ Deinde super pedes ita dicens.

PEr istã unctionẽ et suã pijssimã miaz indulgeat tibi dñs qcqd peccasti p icessũ pedũ. ℟. Amẽ. Sequat ps.
DOmine deus salutis mee: in die clamaui ⁊ nocte corã te. Intret in cõspectu tuo oratio mea: inclina aurez tuã ad precẽ meã. Quia repleta est malis anima mea: ⁊ vita mea in inferno appropinquauit. Estimat⁹ suz cũ descẽ-

dentibus in lacū: factus sum sicut homo sine adiutorio inter mortuos liber. Sicut vulnerati dormiētes i sepulchris quorum non es memor amplius: et ipsi de manu tua repulsi sunt. Posuerunt me in lacu inferiori: in tenebrosis et in vmbra mortis. Super me confirmatus est furor tu⁹: et omnes fluctus tuos induxisti super me. Longe fecisti notos meos a me: posuerunt me abominationē sibi. Traditus sum et non egrediebar: oculi mei lāguuerūt pre inopia. Clamaui ad te dn̄e: tota die expandi ad te manus meas. Nunquid mortuis facies mirabilia: aut medici suscitabunt et confitebuntur tibi? Nunquid narrabit aliquis in sepulchro misericordiā tuā: et veritatem tuam in perditionem? Nunquid cognoscentur in tenebris mirabilia tua: et iustitia tua in terra obliuionis? Et ego ad te dn̄e clamaui: et mane oro mea preueniet te. Vt quid dn̄e repellis orationē meam: auertis faciem tuam a me? Pauper sum ego et in laboribus a iuuētute mea: exaltatus autē humiliatus sum et conturbatus. In me transierunt ire tue: et terrores tui conturbauerunt me. Circundederunt me sicut aqua tota die: circundederūt me simul. Elongasti a me amicū et proximum: et notos meos a miseria. Gloria patri. ¶ Deinde in dorso inter lūbos maris vel super vmbilicum mulieris ita dicens.

Per istam vnctionē et suam pijssimam misericordiam indulgeat tibi dn̄s quicq̄d peccasti per illicitas cogitationes et per ardorē libidinis. ℟. Amē. Tunc erigēs se sacerdos lauet manus suas cū sale et aqua in vase quo stupe olei ponunt: q̄ igne crementur: et in cimiterio fodiant. Postea dicat sacerdos super infirmū benedictionē hoc modo.

In nomine patris et filij et spiritus sancti sit tibi hec olei vnctio ad purificationem mentis et corporis: et ad munimen et defensionē contra iacula imundorū spirituum. ℟. Amen. Sequatur psalmus.

Extrema vnctio.

DOmine clamaui ad te exaudi me: intende voci mee cũ clamauero ad te. Dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo: eleuatio manuũ mearũ sacrificiũ vespertinũ. Pone dñe custodiam ori meo: et ostiũ circũstantie labijs meis. Non declines cor meũ in verba malitie: ad excusandas excusatiões in peccatis. Cũ hominib⁹ operantib⁹ iniquitatẽ: et nõ cõmunicabo cũ electis eorũ. Corripiet me iustus in mĩa et increpabit me: oleũ autem peccatoris non impinguet caput meũ. Quoniã adhuc et oratio mea in beneplacitis eorũ: absorpti sũt iuncti petre iudices eorũ. Audient verba mea quoniã potuerũt: sicut crassitudo terre erupta est super terram. Dissipata sunt ossa nostra secus infernũ/ quia ad te dñe dñe oculi mei: in te speraui nõ auferas animã meã. Custodi me a laqueo quem statuerunt michi: et ab scandalis operantiũ iniquitatẽ. Cadent in retiaculo ei⁹ peccõres: singulariter sum ego donec transeã. Glia pri.

Deinde dicat sacerdos Dñs vobiscũ. et Oremus. Oratio.

DOmine deus saluator noster qui es vera salus et medicina: a quo omnis sanitas et omne medicamentuz venit: quiq; nos apostoli tui iacobi documẽto instruxisti vt languentes olei liquore orantes tangeremus: respice ppitius super hunc famulũ tuũ N. et quẽ languor cruciat ad exitũ/ et viriuz defectus protrahit ad occasum: medela gratie tue saluti restituat castigatuz. Extingue in eo clemẽtissime deus omniũ febrũ estus: dolorũ stimulos: et cũctorũ languorũ cruciat⁹. Uiscerũ quoq; et secretorũ interna medicina: atq; medullarũ discrimina sana. Cõpagũ etiam et artuũ dele cicatrices veteres: et acerbas compesce passiones: reformet in eo carnis ac sanguinis quã creasti perfecta materies: sicq; illũ iugit tua custodiat pietas: vt nec ad corruptionẽ aliquando sanitas/ nec ad perditionẽ perducat infirmitas: sed fiat illi hec sacra olei perunctio cita morbi presentis et lan-

guoris expulsio: et peccatorũ omniũ exoptata remissio. Per te saluator mũdi. Qui cũ deo pr̃e et spũ scto vi. et reg. deus. Per oia secula seculorũ. Amen. Facta vnctione vt predictũ est: expediens erit vt sacerdos ante cõmunionẽ inquirat ab infirmo an aliqua alia peccata sibi ad memoriã occurrant de quibꝰ non erat confessus: nam posset esse ꝙ per preces et deuotas orationes sacerdotis siue aliorũ deus cor infirmi illustraret et daret ei gratiam verius et plenius confitendi. Et postea interroget eũ sacerdos si recognoscat corpus et sanguinez dñi nostri iesu xpi sic dicendo. Frater credis ꝙ sacramentũ quod tractatur in altari sub forma panis est verum corpus et sanguis dñi nostri iesu christi. Respondeat infirmus. Credo. Deinde cõmunicet infirmꝰ nisi prius cõmunicatus fuerit: et nisi de vomitu vel alia irreuerentia probabiliter timeatur: in quo casu dicat sacerdos īfirmo. Frater in hoc casu sufficit tibi vera fides et bona voluntas: tantũ crede et manducasti. Et nota ꝙ sacerdos in infirmis cõmunicandis stola induet. Unde cõmunicans sacerdos infirmũ dicat. Corpus dñi nr̃i iesu xpi custodiat corpus tuũ et aĩam tuam in vitã eternã. Amẽ. Deinde dicat sacerdos sine Dñs vobiscũ. sed tantũ cum Oremus. orationẽ sequentem: que nõ dicatur nisi tantũ quando infirmus cõmunicatur. Oratio.

Domine sancte pater omnipotens eterne deus te fideliter depcamur: vt accipiẽti huic fratri nostro N. sacrosanctũ corpꝰ et sanguinẽ filij tui dñi nostri iesu xpi/ tam corporis ꝙ̃ anime sit salus. Amen. Deinde sequatur ps.

Lauda aĩa mea dñm/ laudabo dñm in vita mea: psallã deo meo ꝙ̃ diu fuero. Nolite confidere in principibus: nec in filijs hominũ in quibus non est salus. Exibit spiritus eius et reuertetur in terram suam: in illa die peribunt oẽs cogitationes eorũ. Beatus cuius deꝰ iacob adiutor eius/ spes eius in dño deo ipsius q̃ fecit celum et terram:

mare et omnia que in eis sunt. Qui custodit veritatem in seculum/facit iudiciū iniuriam patientibus: dat escam esurientibus. Dominus soluit cōpeditos: domin⁹ illuminat cecos. Dominus erigit elisos: domin⁹ diligit iustos. Dominus custodit aduenas pupillū & viduā suscipiet: & vias peccatorum disperdet. Regnabit dn̄s in secula deus tuus sion: in generatione & generationem. Gloria patri. Sicut erat. Quo finito dicat sacerdos. Oremus. Oratio.

Deus qui peccatores & scelerum onere vulneratos sacerdotib⁹ tuis ostendere iussisti. Deus qui discipulis tuis manus super infirmos vt bene haberent ponere precepisti. Deus qui per apostolorum manus infirmos sacro oleo vngere: & pro eis orare docuisti. Deus qui per impositionem manuū sacerdotū cū sancti nois tui inuocatione peccata relaxare voluisti: exaudi oratiōes nostras: & da huic famulo tuo N. infirmitatis noxa oppresso per hoc sacrosanctum mysteriū quod nos indignos famulos tuos agere voluisti/remissionē omniū peccator͡: quatinus per hanc sacrati olei vnctionē / corporis & sanguinis tui susceptionē/atq͡ manus nostre impositionē: cuncta ei facinora spiritus gratia relaxentur: sanitas aīe & corporis restituatur: vt non ei plus noceat conscientie reatus ad penā/ q̄ indulgentia tue pietatis ad emendationē prosit & veniam: te concedente saluator mundi. Qui viuis & regnas cuz deo patre in vnitate eiusdem. &c. Deinde benedicat sacerdos infirmū dicens sic.

Benedicat ✠ te deus pater q̄ in principio cuncta creauit.
℞. Amen. Et sic respondeatur ad singulas benedictiones.
Sanet te dei filius. Amē. Illumiet te spūs sanct⁹. Amē.
Corpus tuum custodiat. Amen. Animam tuam saluet. Amen. Cor tuum irradiet. Amen. Sensum tuū dirigat: & ad supernam patriam te perducat qui in trinitate perfecta viuit & regnat deus. Per omnia secula. Alia benedictio.

Bene ✠ dicat te deus celi. Amen. Adiuuet te xp̄s filius dei. Amen. Corpus tuum in suo sancto seruitio custodiri ⁊ conseruari faciat. Amen. Mentē tuā illuminet. Amen. Sensum tuū custodiat. Amen. Gratiam suā ad pfectum anime tue in te augeat. Amen. Ab omni malo te liberet. Amen. Omnia peccata tua deleat. Amen. Dextera sua te defendat. Amen. Qui sanctos suos semper adiuuat ipse te adiuuare ⁊ conseruare dignetur. Qui viuit ⁊ regnat deus per omnia secula seculorū. Amen. Alia benedictio.

Bene ✠ dicat te de⁹ pater q̄ in principio cūcta creauit. Amē. Bn̄ ✠ dicat te dei fili⁹ q̄ de supernis sedibus p nobis saluandis descēdit: ⁊ crucē subire nō recusauit. Amē. Bene ✠ dicat te spiritus sanctus qui in similitudine columbe in flumine iordanis in christo requieuit. Amen. Ipseq̄ te in trinitate sanctificet quem omnes gentes venturū expectāt ad iudiciū. Qui cū deo patre ⁊ eodē spiritu sācto. Amen. Finito hoc officio conuenienter dici poterunt ab infirmo lāguente in extremis si placeat orōnes subscripte vel earum alique. videlicet p̄s Miserere. j. Item p̄s. Deus i nomine tuo. Item ℣. Suscipe me secundum eloquiū tuum ⁊ viuā: ⁊ non confundas me ab expectatione mea. Et que est expectatio mea: nōne domin⁹: Vel sic. Dn̄e iesu xp̄e suscipe spiritū meum. Item. Deus propitius esto michi peccatori. Item ℣. In manus tuas dn̄e commendo spiritum meū: redemisti me dn̄e deus veritatis. Item ℣. Delicta iuuētutis mee: ⁊ ignorantias meas ne memineris. Item ℣. Ab occultis meis munda me dn̄e. ⁊c. Item ℣. Ne proijcias me domine in tempore senectutis: cum defecerit virtus mea ne derelinquas me. ¶ Sciendum est autem quod non licet alicui ministrare sacramentum vnctionis extreme nisi tantū sacerdoti: vnde si aliquis non sacerdos attentaret hoc facere/ nichil faceret consecratio. ¶ Loca vero vngēda sunt supra-

dicta & nō alia nisi in mutilatis: in quibus debēt inungi loca magis propinqua. Et notandū est ꝙ si sacerdos iam aliquibus partibus inunctis alijs restantibꝰ ad vngendū defecerit: partes inuncte non sunt iterato vngende: sed q̄ restāt vnctiones vngende per sacerdotē aliū compleantur. ¶ Potest enī sacerdos vno clerico presente infirmuz inungere: et etiam sine clerico in necessitatis articulo. ¶ Moneant frequenter sacerdotes parochia. suos ꝙ oēs. xiiij. annoꝝ & amplius se exhibeant ad sacramentū vnctionis extreme suscipiendū: quādo metus mortis imminet. ¶ Doceant etiā eos ꝙ hoc sacramentū licite potest iterari sine aliqua sui iniuria: vnde quotiens homo cōualuerit & noua infirmitas iterato supuenerit ex qua fuerit metꝰ mortis: potest idē homo in vnaquaqꝫ huiusmodi infirmitate inūgi. ¶ In eadē quoqꝫ infirmitate hoc sacramentū iterari potest: nā in egritudine diuturna debet fieri quādo videt deducere ad mortē. Et si illū articulū euadat & eadē infirmitate durāte etiā postea ad statū similē reducatur / iterū potest inūgi quia aliꝰ est infirmitatꝫ status licet sit eadē infirmitas: & si q̄s post hoc sacramentū conualuerit / nihilominꝰ ad opus coniugale & ad omne opus honestū licite poterit reuerti. ¶ Hoc sacramentū non est cōferendū eūtibus ad bellū vel ad duellū: peregrinis aut nauigātibꝰ: vel his q̄ statim occidendi sunt. ¶ Similiter pueri frenetici furiosi vel aliqui alij huiusmodi alienationē mētis patientes / eo ꝙ debitā discretionē deuotiōis & vere penitentie nō habeāt: ad hoc sacramētū nō admittātur: nisi forte ipsi frenetici / furiosi / vel amētes in sana mēte cōstituti hoc sacramentū petierint vel alias ante huiusmodi passionē seu mentis alienationē de sua salute fuerint soliciti: tunc nichilominꝰ consulitur hoc sacramentū eis fiducialiter ministrari. In cōst. lambeth. p. c. vlt. ¶ Nota ꝙ tpe interdicti nō debet cōferri sacramentū vnctiōis extreme nec

alia sacraměta: except baptismo/ ꝯfirmatiōe/ penitětia/ ⁊ viatico existentib⁹ in articulo mortis tātū ꝯferendo ¶ Cū vero aīa in exitu seu dissolutiōe corporis visa fuerit laborare/ percutiatur tabula minute ⁊ acriter: ⁊ tūc oēs clerici cū summa velocitate accurrant ⁊ dicāt Credo i vnū. Reqre i missa spōsal. deinde dicāt. vij. psalmos penitětiales cū Gloria pri. vts. Quibus dictis: subiungatur hoc capitulum.

Parce dn̄e parce famulo tuo quē redimere dignatus es precioso sanguine tuo ne in eternum irascaris ei. Hoc capitulū dicat trib⁹ vicib⁹ tā a sacerdote ꝙ a toto cōuětu: ita tn̄ ꝙ sacerdos prius dicat: ⁊ cōuětus repetat. Deinde dicatur sequens letania sine nota hoc modo.

Pater de celis de⁹: miserere aīe famuli tui. Fili redēptor mūdi de⁹: miserere aīe famuli tui. Spūs scte deus: miserere anime famuli tui. Sctā trinitas vn⁹ deus: miserere. Scte sanctorū deus: miserere. Qui es trinus et vn⁹ deus: miserere. Sancta maria: intercede pro anima eius.

Sancta dei genitrix inter.
Sctā virgo virginū inter.
Sancte michael inter.
Sancte gabriel inter.
Sancte raphael inter.
Oēs scti angeli ⁊ archangeli, intercedite pro aīa eius.
Oēs scti bonorū spirituū ordines: itercedite p aīa ei⁹.
Scte iohānes baptista int.
Oēs scti patriarche ⁊ pphete. intercedite pro aīa eius.
Sancte petre inter.
Sancte paule inter.
Sancte andrea inter.
Sancte mathee inter.
Sancte thoma inter.
Sancte iacobe inter.
Sancte iohannes inter.
Sancte philippe inter.
Sancte iacobe inter.
Sācte bartholomee inter.
Sancte simon inter.
Sancte iuda inter.
Sancte mathia inter.
Sancte marce inter.
Sancte luca inter.
Sancte barnaba inter.
Oēs scti apostoli ⁊ euāgeliste. intercedite p anima ei⁹.

Omnes sācti discipuli domi-
ni & innocentes intercedite.
Sancte stephane inter.
Sancte line inter.
Sancte clete inter.
Sancte clemens inter.
Sancte corneli inter.
Sancte laurenti inter.
Sancte sixte inter.
Sancte vincenti inter.
Sancte georgi inter.
Sancte fabiane inter.
Sancte sebastiane inter.
Sancte albane inter.
Sancte edmunde inter.
Sancte blasi inter.
Sctē dionysi cū socijs. t. int.
Sctē eustachi cū so. tu. īter.
Sancte geruasi inter.
Sancte prothasi inter.
Sancte cosma inter.
Sancte damiane inter.
Scti iohānes & paule. inter.
Scti crispine & crispiniane.
Intercedite pro anima eius.
Oēs sancti martyres inter.
Sancte benedicte inter.
Sancte siluester inter.
Sancte nicolae inter.
Sancte martine inter.

Sancte hilari inter.
Sancte ambrosi inter.
Sancte hieronyme inter.
Sancte augustine inter.
Sancte birine inter.
Sancte swittine inter.
Sancte athelwolde inter.
Sancte dunstane inter.
Sancte cuthberte inter.
Sancte leonarde inter.
Sancte egidi inter.
Oēs scti confessores inter.
Oēs scti mona. & ere. inter.
Sctā maria magda. inter.
Sctā maria egyptiaca īter.
Sancta felicitas inter.
Sancta perpetua inter.
Sancta cecilia inter.
Sancta lucia inter.
Sancta agatha inter.
Sancta agnes inter.
Sancta fides inter.
Sancta katherina inter.
Sancta scholastica inter.
Sancta iuliana inter.
Sancta margareta inter.
Sancta anastasia inter.
Sancta petronella inter.
Sancta editha inter.
Sancta brigida inter.

Omnes sācte virgines. Intercedite pro aīa eius. Oēs san-
cti. Intercedite ꝑ aīa eiꝰ. Propitiꝰ esto. Parce & dimitte ei

omnia peccata sua dñe. A b omni malo. Libera ⁊ defende aiam eius dñe. A b hoste iniquo. Libera ⁊ defende animã eius domine. A b isidijs ⁊ laqueis diaboli. Libera ⁊ defende animam eius dñe. A b incursu malignorum spirituuz. Libera ⁊ defende animaz eius dñe. A timore inimicoruz. Libera ⁊ defen. A b ira tua. Libera ⁊ defen. A dãnatione perpetua. Libera ⁊ defen. A penis inferni. Libera ⁊ defẽ. A periculo mortis. Libera et defen. A pondere peccatorum. Libera ⁊ defende. P er immensam pietatẽ tuã. Libera ⁊ defen. P er mysteriũ sancte incarnationis tue. Libera ⁊ defen. P er sanctã circũcisionẽ tuã. Libera ⁊ defen. P er sanctã apparitionẽ tuã. Libera ⁊ defende. P er baptismuz tuũ. Libera ⁊ defende. P er ieiuniũ tuum. Libera ⁊ defen. P er passionẽ ⁊ crucẽ tuã. Libera ⁊ defẽ. P er pijssimã mortẽ tuam. Libera ⁊ defen. P er gloriosam resurrectionẽ tuã. Libera ⁊ defen. P er admirabilẽ ascensionem tuam. Libera ⁊ defen. P er aduentũ scti spiritus paracliti. Libera ⁊ defen. P er intercessionẽ omniũ sanctorum tuoꝝ. Libera ⁊ defen. I n die iudicij. Libera ⁊ defen. P eccatores. Te rogamus audi nos. U t aiam famuli tui de pricipib⁹ tenebrarũ ⁊ de locis penaꝝ liberare digneris. Te ro. U t eã ab inferorũ cruciatibus liberare digneris. Te ro. U t cũcta ei⁹ pctã obliuioni perpetue tradere digneris. Te ro. U t ei oẽs lubrice temeritatis offensas dimittere digneris. Te ro. U t delicta iuuentutis eius et ignorantias non reminiscaris. Te roga. U t quicqd vitiorũ fallente diabolo ⁊ propria iniquitate atq₃ fragilitate contraxit/ clementer indulgere digneris. Te roga. U t eum in pacis ac lucis regione constituere digneris. Te roga. U t ei gaudium ⁊ exultationẽ in regno tuo cũ sctis ⁊ electis tuis donare digneris. Te ro. U t nos exaudire digneris. Te ro. F ili dei. Te ro. A gnus dei qui tollis peccata mũdi. Miserere anime ei⁹. C hriste iesu.

Miserere aīe eius. Agnꝰ dei q̄ tollis pctā mundi. Dona ei pacē eternāq̧ felicitatē ⁊ gloriam sempiternam. Amen.

PRoficiscere aīa christiana de hoc mūdo: in noīe dei patris omnipotētis qui te creauit. Amē. In nomie iesu xp̄i filij eius qui pro te passus est. Amē. In noīe spūsācti qui in te infusus est. Amē. In noīe angelorum ⁊ archāgelorum. Amen. In noīe thronorū ⁊ dominationū. Amē. In nomie principatuū ⁊ potestatuū ⁊ omniū celestiū virtutū. Amē. In nomine cherubin ⁊ seraphin. Amē. In nomine patriarchar ⁊ prophetarū. Amē. In nomine apostolorum ⁊ martyrum. Amen. In nomine confessorum ⁊ episcopor. Amen. In nomine sacerdotū ⁊ leuitarū ⁊ omniuz ecclesie catholice graduū. Amen. In nomine monachoruz ⁊ anachoritarū. Amen. In nomine virginū et fidelium viduarum hodie in pace locus tuus fiat ⁊ habitatio tua in celesti hierusalem. Amen. Oremus. Oratio.

SUscipe itaq̧ dn̄e seruū tuum: in bonum ⁊ lucidū habitaculū tuum. Amen. Libera domine animam serui tui ex omnibus periculis infernorū ⁊ de locis penarum ⁊ de omnibus doloribus tribulationum. Amen. Libera domine animā serui tui sicut liberasti enoch ⁊ heliam de morte cōmuni. Amen. Libera dn̄e aīam serui tui sicut liberasti loth de sodomis ⁊ de flamma ignis. Amen. Libera dn̄e animā serui tui sicut liberasti isaac de manu patris sui abrahe. Amē. Libera dn̄e aīaz serui tui sicut liberasti moysē de manu pharaōis. Amē. Libera dn̄e aīaz serui tui sicut liberasti iob de passionibꝰ suis. Amē. Libera dn̄e aīaz serui tui sicut liberasti dauid de manu golie ⁊ de manu saul regis. Amen. Libera dn̄e aīam serui tui sicut liberasti danielem de lacu leonū. Amen. Libera domie animā serui tui sicut liberasti tres pueros de camino ignis ardentis. Amen. Libera domine animā serui tui sicut liberasti susannam de falso cri-

mine. Amen. Libera dñe animã serui tui sicut liberasti petrũ ⁊ paulũ de vinculis. Amen. Sicut liberasti sanctos seruos tuos de tormentis: sic liberare digneris animã serui tui de gehenne incendijs ⁊ ab omnibꝰ angustijs. Amē. ¶ Sequatur cõmendatio aiarũ ⁊ dicat̃ in camera vel ĩ aula sine nota iuxta corpꝰ / ⁊ oĩa subsequẽter similiter vsqꝫ ad pcessi. ad hoīez mortuũ suscipiendũ. Post ꝯmēdationē sequat̃ ℟. Subuenite scti dei / occurrite ãgeli dñi suscipiẽtes aĩaz eiꝰ. Offerentes eã in conspectu altissimi. ℣. Suscipiat te xp̃s q̃ vocauit te: ⁊ in sinu abrahe ãgeli deducãt te. Offerẽtes. Sequatur oratio sine Dñs vobiscũ. ⁊ sine Oremus. Oratio.

Tibi dñe cõmendamꝰ aiam famuli tui N. vt defunctus seculo tibi viuat: ⁊ que per fragilitatem mũdane ꝯuersatiõis pctã admisit / tu venia misericordissime pietatis absterge. Per xp̃m dñm nr̃m. Amē. Oremꝰ. Oratio.

Misericordiã tuã dñe sancte pater omnipotens eterne deꝰ pietatis affectu rogare pro alijs cogimur: qui pro nostris supplicare peccatis nequaq̃ sufficimꝰ. Tamē de tua confisi gratuita pietate ⁊ inolita benignitate clementiam tuam deposcimꝰ: vt aiam famuli tui N. ad te reuertētē cũ pietate suscipias. Assit ei ãgelꝰ testamẽti tui michael / ⁊ per manus sanctorũ angelorũ tuorũ in sinu abrahe patriarche tui eam collocare digneris: quatenꝰ liberata de principibus tenebrarũ ⁊ de locis penarũ / nullis iam prime ue natiuitatis vel ignorantie aut proprie iniquitatis seu fragilitatis confundatur erroribus: sed potiꝰ agnoscatur a tuis ⁊ sãcte beatitudinis requie perfruatur. atqꝫ cum magni iudicij dies aduenerit: inter sãctos ⁊ electos tuos aggregata / gloria manifeste cõtēplationis tue perpetuo satietur. Per xp̃z. ãn. Suscipiat te xp̃s qui vocauit te: ⁊ in sinu abrahe angeli deducant te. ps. In exitu. totus psalmus dicitur sine Gloria patri. vt inferiꝰ patebit: scilicet in officio sepulture. Quo

finito dicat sacerdos Dñs vobiscũ. Oremus. Oratio.

Omnipotens sempiterne deus: qui humano corpori animã ad similitudinẽ tuã inspirare dignatus es: dũ te iubente puluis in puluerẽ reuertitur: tu imaginẽ tuam cũ sanctis ⁊ electis tuis eternis sedib⁹ precipias sociari: eãq; ad te reuertentem de egypti partib⁹ blãde leniterq; suscipias: ⁊ angelos tuos sãctos ei obuiã mittas: viãq; illi iustitie demonstra: ⁊ portas glorie tue illi aperi. Repelle quesumus ab eo oẽs principes tenebrarũ: ⁊ agnosce depositũ fidele qd̃ tuũ est. Suscipe dñe creaturã tuam non ex diis alienis creatã sed a te solo deo viuo ⁊ vero: quia non est alius deus preter te dñe: ⁊ non est secũdũ opera tua. Letifica clemẽtissime pater animã serui tui N. ⁊ clarifica eam in multitudine misericordie tue. Ne memineris quesum⁹ iniquitatũ eius antiquarum ⁊ ebrietatum quas suscitauit feruor mali desiderii: licet eñ peccauerit tamen te non negauit: sed signo fidei insignitus te qui omnia et eum inter omnia fecisti/ fideliter adorauit. Qui viuis ⁊ regnas deus. Per omnia secula seculorum. Amen. Añ. Chorus angelorum. Psalmus.

Dilexi qm̃ exaudiet dominus: vocem orationis mee. Quia inclinauit aurem suam mihi: ⁊ in dieb⁹ meis inuocabo. Circundederunt me dolores mortis: et pericula inferni inuenerunt me. Tribulationẽ ⁊ dolorẽ inueni: ⁊ nomen dñi inuocaui. O domine libera animã meam misericors dominus et iustus; et deus noster miseretur. Custodiens paruulos dominus: humiliatus sum ⁊ liberauit me. Conuertere anima me in requiem tuam: quia dominus benefecit tibi. Quia eripuit animam mam de morte/ oculos meos a lachrymis: pedes meos a lapsu. Placebo domino: in regione viuorum. Psalmus.

Credidi propter qd̃ locut⁹ sum: ego aũt humiliat⁹ sũ nimis. Ego dixi in excessu meo: oĩs homo mendax.

Quid retribuā dño: pro oībus que retribuit michi. Calicē salutaris accipiā: & nomē dñi inuocabo. Uota mea domino reddam coram omni populo eius: preciosa in conspectu dñi mors sanctorū eius. O dñe quia ego seruus tuus: ego seruus tuus & filius ancille tue. Dirupisti vincula mea tibi sacrificabo hostiam laudis: & nomen dñi inuocabo. Uota mea dño reddā in ɔspectu oīs populi eius: in atrijs dom⁹ domini in medio tui hierusalem. Psalmus.

Laudate dominū omnes gentes: laudate eum oēs populi. Quoniam confirmata est super nos misericordia eius: et veritas domini manet in eternum. Psalmus.

Confitemini dño quoniā bonus: quoniā in seculū misericordia eius. Dicat nunc israel qm̄ bon⁹: quoniā in seculū misericordia eius. Dicat nūc domus aaron: quoniam in seculum misericordia eius. Dicāt nunc qui timēt dominū: quoniam in seculū misericordia eius. De tribulatione inuocaui dñm: & exaudiuit me in latitudine domin⁹. Domin⁹ michi adiutor: non timebo qd faciat mihi homo. Dominus michi adiutor: & ego despiciam inimicos meos. Bonū est confidere in dño: q̄ confidere in homine. Bonū est sperare in dño: q̄ sperare in principibus. Omnes gentes circuierunt me: & in nomine dñi quia vlt⁹ sum in eos. Circundantes circūdederūt me: & i noīe dñi qr vlt⁹ sum in eos. Circūdederūt me sicut apes/ et exarserunt sicut ignis i spinis: & in nomine dñi quia vlt⁹ sum in eos. Impulsus euersus sum vt caderē: & dñs suscepit me. Fortitudo mea & laus mea dñs: & factus est michi in salutem. Uox exultationis & salutis: in tabernaculis iustorum. Dextera domini fecit virtutē/ dextera domini exaltauit me: dextera domini fecit virtutē. Non moriar sed viuā: & narrabo opera dñi. Castigans castigauit me dominus: & morti non tradidit me. Aperite michi portas iustitie & ingressus in eas cōfitebor

dn̄o: hec porta dn̄i iusti intrabūt in eā. Confitebor tibi dn̄e qm̄ exaudisti me: & fact⁹ es michi in salutē. Lapidē quē re probauerūt edificātes: hic fact⁹ est in caput anguli. A dn̄o factū est istud: & est mirabile in oculis nostris. Hec est dies quā fecit dn̄s: exultem⁹ & letemur in ea. O dn̄e saluū me fac o dn̄e bn̄ prosperare: bn̄dict⁹ q̄ venit in noīe dn̄i. Bn̄diximⁿ vobis de domo dn̄i: de⁹ dn̄s & illuxit nobis. Cōstituite diez solennē in cōdensis: vsq₃ ad cornu altaris. De⁹ meus es tu & confitebor tibi: deus me⁹ es tu & exaltabo te. Confitebor tibi dn̄e qm̄ exaudisti me: & factus es michi in salutē. Cōfi temini dn̄o qm̄ bonus: qm̄ in seculū misericordia eius. ps. Beati imaculati. vsq₃ ad Ad dominū cum tribularer. sine Gloria patri. Finitis p̄is incipiatur. an̄. Chorus angelorū te suscipiat & in sinū abrahe collocet: vt cū lazaro quōdam paupe eternā habeas requiem. Qua finita di. sacer. Orem⁹.

Diri vulneris nouitate pcussi & quodāmodo cordib⁹ sauciati/ mīam tuā mūdi redēptor flebilibus vocib⁹ imploram⁹: vt chari nr̄i N. animā ad tuā clemētiā (q̄ fons es pietatis) reuertentē blāde leniterq₃ suscipias: & si quas il la ex carnali cōmercio ɔtraxit maculas/ tu de⁹ solita bonita te clemēter deleas: pie idulgeas: obliuiōi in ppetuū tradas: atq₃ hāc laudē tibi cū ceteris redditurā et ad corp⁹ pprium qn̄q₃ reuersurā / sctōꝝ tuoꝝ cetib⁹ aggregari p̄cipias. Qui cū deo patre & spū sctō viuis. Hic roget sacerdos orare p eo ita dicēs. Pro aīa N. & p aiab⁹ oīm fideliū defunctorū. Pr nr̄. Et ne nos. Sed libera. Requiē eternā dona ei dn̄e. Et lux ppetua luceat ei. A porta īferi. Erue dn̄e. Nō intres in iudiciū cū seruo tuo dn̄e. Qr nō iustificabit̄ ispectu tuo oīs viuēs. Domin⁹ vobiscū. Et cū spū tuo. Oremus. Oratio.

Partē btē resurrectiōis obtineat vitāq₃ eternā merea tur habere in celis. Per te saluator mūdi q̄ cū prē et spū sctō viuis & regnas de⁹. Per oīa secula. Amē. Orem⁹.

Deus cui soli competit medicinā prestare post mortē: tribue q̄s vt aīa famuli tui N. terrenis exuta contagijs/in tue redemptionis parte numeretur. Oratio.

Absolue q̄s dn̄e aīam famuli tui N. ꝛ aīas oīꝫ fideliū defunctoꝝ ab oī vīculo delictoꝝ: vt in resurrectionis glīa iter sctōs ꝛ electos tuos resuscitati respirēt. Per xp̄m.

Deīde si corp⁹ regꝭ inūcti fuerit q̄ inigrauit ex hoc sclō: p̄rio a suis cubicl̄arijs corp⁹ eiusd̄ aqua calida siue tepida lauet̄. Deinde balsamo cū aromatib⁹ vngat̄ p totū ꝛ postea ī pāno lineo cerato īuoluat̄: ita tn̄ q̄ facies ꝛ barba illi⁹ tm̄ pateāt: ꝛ circa man⁹ ꝛ digitos ip̄i⁹ dict⁹ pān⁹ cerat⁹ ita sit disposit⁹ vt q̄libꝫ digit⁹ cū pollice vtriusq̄ꝫ man⁹ singulati insuat̄ p se acsi man⁹ ei⁹ chirothecis lineis essēt coopte. ❡ Deide corp⁹ īduat̄ tunica vsq̄ꝫ ad talos lōga: ꝛ d̄sup pallio regali adornetur. Barba v̄o ip̄i⁹ decēt ꝫponat̄ sup pect⁹ illi⁹: ꝛ postmodū caput cū facie ip̄i⁹ sudario serico coopiat̄: ac deinde corona regia aut diadema capiti eiusd̄ apponat̄. Postea īduāt̄ man⁹ ei⁹ chirothecis cū aurofragijs ornate ꝛ ī medio digito dextre man⁹ īponat̄ ānul⁹ aure⁹ aut deaurat⁹: ꝛ ī dextra manu sua pola rotūda deaurata ī qua v̄ga deaurata sit fixa a manu ip̄i⁹ vsq̄ꝫ ad pect⁹ ptēsa: ī cui⁹ v̄ge sūmitate sit signū dn̄ice crucis: q̄d sup pect⁹ eiusd̄ p̄ricipis honeste dꝫ collocari. In sinistra v̄o manu sceptrū deauratū habeat vsq̄ꝫ ad aurē sinistrā decēt ptēsū: ac postremo tibie ꝛ pedes ip̄i⁹ caligꝭ sericis ꝛ sādalijs īduāt̄. ❡ Deinde dict⁹ p̄riceps ita adornat⁹ cū regni sui pōtificib⁹ ꝛ magnatib⁹ cū oī reuerētia ꝛ exeq̄is regalib⁹ hōestissime tradat̄ sepulture. Si v̄o corp⁹ alteri⁹ fuerit tūc tm̄ lauet̄ corp⁹ aqua tepida vł calida si placeat ꝛ postea linteamie mūdo honeste īuoluat̄: ꝛ in pheretro locet̄ clericis interī dicētib⁹ ves. de die ꝛ de. s. ma. ꝛ postea vigi. mortuoꝝ: vt īfra. Quib⁹ dictis dicant̄ sine nota p̄i seqn̄. Uerba mea. Dn̄e ne. j. q̄re īfra ī vigi. mortuoꝝ. Dilexi. Credidi. q̄re s̄. De

profundis clamaui. ps. Uoce mea. Quere infra post laudes mort. quibus finitis dicatur an. Requiez eternā dona eis dn̄e: ⁊ lux perpetua luceat eis. Kyrie eleison. Xp̄e eleison. Kyrie eleison. Pater noster. Et ne nos. Sz libera. Requiē eternā dona eis. Et lux perpetua. A porta inferi. Erue dn̄e animas eorū. Non intres in iudiciū. Quia non iustificabitur. Dominus vobiscum. Et cum spiritu tuo. Oremus.

Suscipe dn̄e animā famuli tui N. ad te reuertentē: veste quoqꝫ celesti indue eam: ⁊ laua eā sancto fonte vite eterne: vt inter gaudentes gaudeat: ⁊ inter sapientes sapiat: ⁊ inter martyres coronata incedat: ⁊ inter patriarchas ⁊ prophetas pficiat: ⁊ inter apostolos christū sequi studeat: ⁊ inter angelos ⁊ archangelos claritatem dei videat: ⁊ inter paradisi rutilos lapides gaudium dei possideat / notitiamqꝫ mysteriorum dei agnoscat: et inter cherubin ⁊ seraphin claritatem dei videat: et inter vigintiquatuor seniores cantica canticorum audiat: et inter lauantes stolas suas in fonte luminis vestem lauet: et inter pulsantes portas celestis hierusalem apertas reperiat: ⁊ inter videntes deum facie ad faciē videat: ⁊ inter cantantes canticū nouū cātet: ⁊ inter audiētes celestē sonū audiat. Per. Alia oro.

Suscipe dn̄e animā famuli tui N. quam de ergastulo huius seculi vocare dignatus es: ⁊ libera eam de principibus tenebrarū ⁊ de locis penarū: vt absoluta omni vinculo peccatorū quietis ac lucis eterne beatitudine perfruatur: ⁊ inter sanctos ⁊ electos tuos in resurrectiōis gloria resuscitari mereatur. Qui cum deo patre. ⁊c. Anima eius et anime omniū fidelium defunctorū per dei misam requiescāt in pace. Amen. Deinde deportetur corpus ad ecclesiam ibidē vel in cemiterio humandū. Qn̄ deportari debet corpus defuncti ad ecclesiaz / in primis sumat sacerdos spiculam ⁊ aspergat aquā benedictā super corpus exanime interim di-

cendo psalmum. De profundis quo dicto sequatur Kyrie eleison. Xpe eleison. Kyrie eleison. Pater noster. Et ne nos. Requiem eternam. A porta inferi. Credo videre. Dominus vobiscum. Oremus. Oratio. Inclina domine. et oratio. Fidelium deus omnium conditor. et finiantur sub vna conclusione sic. Qui cum deo patre et spiritu sancto. &c. Requiescant in pace. Amen. ¶ Si vero fuerit corpus mortuum cum processione incipiendum: tunc eodem modo ordinetur processio sicut in simplicibus dnicis: preter quod in hac processione sacerdos et ministri eius in albis cū amictibus induti incedāt: chorus autem in cappis nigris quotidie. Et cum ad locum destinatū peruenerit processio: cadauer ipsū sacerdos aqua benedicta aspergat / et postea thurificet interim dicendo psalmum De profundis clamaui. vt supra dictū est. ¶ Deinde in redeundo dum deportatur corpus ad ecclesiā: cantetur sequens antiphona cantore incipiente. Antiphona.


Subuenite. Chorus prosequatur. sancti dei occurrite angeli domini suscipientes animam eius offerētes eam in conspectu altissimi. V. Suscipiat te christus qui vocauit te: et in sinu abrahe angeli deducāt te.

Repetatur an. Subuenite. deinde dicatur ps. De profundis. & post vnusquemque V. repetatur an. & postea si necesse fuerit dicatur eodem ordine ps. In exitu. require post in offi. sepul. deinde in introitu cemiterij vel citius inchoetur R. Libera me dne. & dicatur cum hoc V. tantum. Dies illa. require in Dirige. ante laudes. Nunquam autem portetur corpus alicuius defuncti circa cemiterium: sed directe in ecclesiam: et si corpus canonici vel alterius magnatis fuerit/ in chorum deferatur: si autem/ extra chorum in ecclesia post orationem relinquatur.

¶ In introitu ecclesie dicitur hec an. cantore incipiente. An.



In paradisum deducant te angeli in suum conuentum: suscipiant



te martyres & perducant te in ciuitatem sanctam hierusalem. V.



Requiem eternam dona eis domine: & lux perpetua luceat ei s.

Repetatur antiphona In paradisum. qua finita sequatur.



Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison.

Deinde aspergat sacer. aqua bndicta corpus defuncti/ & thurificet: rogans astantes orare pro aia defuncti ita dicens. Pro aia N. & pro aiabus omnium fidelium defunctorum. Pater nr. Et ne nos. Sed libe. A porta inferi. Erue dne aias eorum. Non intres in iudicium. Qr non iustificabit. Dns vobiscum. Oremus. Oro.

Suscipe domine seruū tuū in bonū habitaculū: et da ei requiem in regno celesti hierusalē: vt in sinu abrahe patriarche tui collocatus resurrectionis diem prestoletur: et inter resurgentes ad gloriā resurgat: et cum benedictis ad dexteram dei venientibus veniat: et cū possidentib' vitam eternam possideat. Per christū. Anima eius et anime oīum fidelium defunctorū per dei misericordiam in pace requiescant. Amen. Deinde dicantur solenniter vigilie mortuorū et postea compl. de die more solito. Ubi vero in die sepulture deportetur corpus ad ecclesiam / tunc immediate post predictam orationē **Suscipe do.** dicat̄ cōmendatio animaruz solenniter: vt infra post vigilias mortuorū patebit. et finito ps̄o **Domine probasti.** statim incipiatur missa pro defūctis. Deide exeat sacerdos cū stola et aqua bn̄dicta ad locū vbi sepeliendus est mortuus: et signo crucis signet locuz: et postea aspergat aqua benedicta. Deinde accipiat sacerdos fossorium vel aliud instrumentū et aperiat terrā in modū crucis ad longitudinē et latitudinē corporis defuncti dicens. **Aperite michi portas iustitie et ingressus in eas cōfitebor domino: hec porta dn̄i iusti intrabunt in eam.**

Dicantur aūt vigilie mortuorū quoti. cū missa in capi. in crastino vsq; ad vigil. natiuitatis dn̄i: nisi in festis. ix. lec. et a crasti. oct. epipha. vsq; ad. iij. feriam ante pascha: et in ipsa. iij. feria fiant vigi. mortuor̄ cū. ix. lec. in cōuētu cū missa in crasti. nisi aliquod duplū festū impediat: et tūc fiat predictū seruitiuz in aliqua die precedēte ipsius hebdomade que ad hoc vacauerit: videlicet in dn̄ica vel in secūda feria: et sic compleatur seruitiū mortuorū vsq; ad octauas pasche / nisi corpus presens forte contigerit. Post octa. vero pasche non fit seruitium mortuorum in cōuētu: nisi corpus presens affuerit: vel dies anniuersarius vel dies tricenalis contigerit / vsq; in crastinū sancte trinitatis. In cra-

stino autē sancte trinitat. et ab hinc quotidie fiant vigilie mortuorum vsqꝫ ad aduentū dn̄i: nisi per octauas ⁊ in octauis assumptionis ⁊ natiuitatis beate marie: ⁊ dedicatio. ecclesie. Canonico vero defuncto/ statutum est triginta dierū in conuentu obsequium fieri: ⁊ triginta psalteria separatim a quocunqꝫ presbytero cantari: reliquos vero cuiuscunqꝫ ordinis sint viginti psalteria cantare: ⁊ eorum vnum quemqꝫ in hebdomada sua priuatim eius anniuersarium. celebrare. Impediuntur autē debite vigilie mortuorū per totū annū per festa duplicia in primis et secundis vesperis nisi corpus presens affuerit: ⁊ in octa. die epipha. et in aliis octauis quando dicit̄ hymn⁹ Saluator mundi. In omnibus etiam aliis festis. ix. lec. ⁊ in dn̄icis ⁊ in festis triū lectionum ⁊ in octa. in quibus chorus regitur in primis vesperis tantum. Similiter fiat in commemoratione beate marie ⁊ sancti loci. Fiant autē vigil. mortuorū cum. ix. p̄s. ix. antiphonis. ix. lect. quandocūqꝫ corpus adest presens vel quādo dies anniuersari⁹ vel dies tricēnal contigerit: nisi in tempore paschali. In paschali vero tempore dn̄r. iii. psalmi et iii. lec. cū tribus an̄is super psalmos ante lectio. qualiscunqꝫ nocturnus dicat̄: ⁊ oēs an̄e super psalmos ad vesperas scilꝫ Placebo. ⁊ om̄es an̄e super psalmos in laudibus dicantur. Post octauas vero pasche in quacūqꝫ feria inchoetur officiū mortuorū incipiatur a primo nocturno ⁊ compleantur duo sequentes nocturni in eadē hebdoma. si fieri potest. Siue aūt fieri potest siue non: deinceps nō seruetur ordo noct. sed feriarum in hoc tempore sicut in aliis temporibus obseruetur. Ita tamen ꝙ quandocunqꝫ fit seruitiū pro corpore presenti cuiuscunqꝫ fuerit: ⁊ in āniuersa. ⁊ trigint. episcoporum in predicto tempore semper antiphone. p̄s. v. lection. et duo ℟ia. dicantur de primo nocturno. Sciendum est ꝙ in tempore paschali semper erit tertiū ℟. Libera me domine

de morte. cū his trib⁹ ℣. scʒ Dies illa. ℣. Quid ergo. ℣. Nūc christe. Quandocunqʒ dicatur hoc predictū ℟. Libera me dn̄e. semper reicipiat̄ post vltimū ℣. In anniuersarijs vero episcopoꝝ/ et quandocūqʒ corpus adest p̄sens/ et in die animarū tantum: tertiū sextū et nonū ℟. debent repeti ab illis clericis qui ℣. ℟. ioꝝ cantauerunt. In quotidianis obsequijs mortuoꝝ/ videlicet quando corpus nō est presens vel dies anniuersa. vel tricēnalis nō habet̄: tūc fiāt vigilie mortuoꝝ cū tribus lectionib⁹ tantū et. ix. p̄s et vna sola ān. sup psalmos hoc modo. Ad vespas vna sola ān. scilʒ Placebo. p̄s Dilexi. p̄s Ad dn̄m cum tribularer. p̄s Leuaui. p̄s. De profundis. p̄s Confitebor. iij. Repetita ān. post psalmos: dicat sacerdos executor officij. ℣. A porta inferi. ℟. Erue dn̄e. ān. Audiui vocē. p̄s. Magnificat. Sequat̄ Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Pater noster. Deinde sine p̄nūciatione Et ne nos. dicat̄ iste psalm⁹ sine nota Lauda anima mea. finito p̄o. dicat sacerd. loco nec habitu mutato ℣ Requiē eternā. Et lux. A porta. Erue dn̄e. Credo videre. In terra viuentiū. Dn̄s vobiscū. Et cū sp̄ū tuo. Tres orationes dicātur tā ad Placebo. q̄ ad Dirige. sub terminatione. quarū. i. pro ep̄is. ij. pro fratribus et sororib⁹. iij. generalis. Et dicantur iste orationes ad Placebo. per totuʒ annū. Or̄o Deus qui inter apostolicos. Or̄o De⁹ venie. Or̄o. Fidelium deus. Non dicatur Dn̄s vobiscū. nec Requiescāt in pace. sed statim sine inuit. incipiatur ān. Dirige. tamen quādo Dirige. non dicat̄ statim post Placebo. vt in xl. et quādo or̄ones predicte dicant̄ in lau. vt a die animarū vsqʒ ad. iiij. feriā ante pascha: tunc dicatur ab ipso sacerdote executore officij. ℣. Requiescāt in pace sine Dn̄s vobiscū. post or̄onē. Ad Dirige. super om̄es p̄os ante lectiōes hec sola antiphona Dirige. p̄s Verba mea. p̄s Dn̄e ne in furore. i. p̄s Domine deus me⁹. p̄s Dn̄s regit. p̄s Ad te dn̄e leuaui. p̄s Do-

minus illuminatio. ps. Expectās. ps. Beat⁹ q̄ ītelligit. ps. Quēadmodū. repetita aña p⁹ ps̄os sacerdos executor officij dicat ℣. Cōplaceat tibi dn̄e vt eruas me. ℟. Dn̄e ad adiuuā dū me respice. Pater noster. Deinde dicat sacerd. in audientia. Et ne nos. Chorus. Sed libera nos. Similiter in audiētia oēs lect. legant in secūda forma. ℣. quoq ℟ior ab ipsis lectoribus dicant: ita q. j. ⁊. iij. lect. ex parte chori legantur: ⁊. ij. lec. ex altera parte: ⁊ hec omnia sine nota dicantur statim post vespas de die ⁊ de sctā maria ante cōple. de die. In lect. legēdis ⁊ ℟ijs cantādis ordo feriarū seruet. videlz die dn̄ica/ ⁊ fer. iiij. lect. ⁊ ℟ia de. j. noct. ⁊. ij. ⁊. v. fer. lec. ⁊ ℟ia de. ij. noct. ⁊. iij. ⁊. vj. fer. lec. ⁊ ℟ia de. iij. noc. ita tamē q semper in. iij. ⁊. vj. fer. sit tertiū ℟. Libera me domine de vijs inferni. In obsequijs mortuor cū. ix. ps̄is ⁊. iij. le. tertiū ℟. nūq̄ repetatur. Ante laudes quādo sequūtur laud. cōtinue: vt a festo sancte trinita. vsq ad festū omniū sanctorū: dicat sacerdos hunc ℣. Requiescant in pace. ℟. Amen. In laudib⁹ hec sola añ. Exultabunt dn̄o. ps. Miserere. ps. Te decet. ps. Deus deus meus. ps. Ego dixi. ps. Laudate dn̄m de celis. Repetita antiphona post psalmos dicat sacerdos versum Requiem eternam. ℟. Et lux perpetua. antiphona. Ego sum. psalmus. Benedict⁹. sequatur Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Pater noster. deinde sine pronunciatiōe Et ne nos dicatur sine nota iste psalmus. Exaltabo te. Deinde dicat sacerdos Requiē eternā. Et lux perpe. A porta inferi. Erue dn̄e. Credo videre. In terra viuentiū. Dominus vobiscum. Oremus. Oratio. Deus cuius misericordie. Oratio. Inclina domine aurē. et finiantur sub vna terminatione sic. Per christum dominum nostrum. Sequatur Oremus. Deinde dicuntur orationes pro defunctis familiaribus ad placitum: quibus expletis sequatur oratio generalis in audientia: scilicet Animabus quesumus domi-

ne. que terminetur sic. **Qui cum deo patre et spiritu sancto viuis et regnas deus Per omnia secula seculorū** ℟. **Amen. Requiescant in pace.** ℟. **Amen.** sine **Dominus vobiscum.** Quando laudes non sequuntur continue post lectiones / vt a die animarū vsqȝ ad. iiij. feriā ante pascha: tunc nō dicatur ante laudes versiculus **Requiescant in pace.** sed post vltimū ℟. dicatur **Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Pater noster.** sine **Et ne nos.** deinde dicatur ps̄ **Exaltabo.** sine nota cū ℣. et orone q̄ dicende sunt ad laudes alio tempore. Laudes vero tunc dicuntur post matuti. de die et de sancta maria supradicto modo / et tunc post psalmum **Benedictus.** dicitur **Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Pater noster.** sine **Et ne nos.** cum ps̄o. **Uoce mea.** ij. cum ℣. et orone que dicebantur ad **Placebo.** et hec omnia tam ad **Placebo.** q̄ ad **Dirige.** sine nota dicūtur. ¶ Sciendū est q̄ quādocunqȝ dicitur seruitiū mortuor̄ in cōuentu nisi corp᷒ presens fuerit: vel anniuersari᷒ epōrū vel decanor̄: et nisi in die aīarū: semp dicitur **Placebo.** sedendo vsqȝ ad ān. post ps̄os: similiter fiat in laud. Ad **Dirige.** vero p totū tēpus sedet chorus nisi dū ān. sup psalmos ante lectiones dicitur vsqȝ ad inceptionē lect. Ita tn̄ q̄ lect. et ℣. ℟. eor̄ stando dicunt: et legātur ab illis clericis scilicet qui dicturi sunt tantū: chorus vero interim sedeat. In repetitione aūt noni ℟. ij post vltimū ℣. stet chorus vsqȝ ad. j. ān. incipiēdā super laudes. Prostratus vero debet esse chorus in omni feria: quādo de feria agitur extra tp̄s pascha. in vigil. mortuor̄. iij. lec. ad **Placebo.** ex quo dicitur **Kyrie eleison** donec vltima oratio ꝯpleatur: et ad **Dirige.** similiter / dū dicit **Pater noster.** ante lec. et post vltimū ℟. quādo non sequūtur cōtinue laudes: et post ps̄m **Benedictus.** eodē modo quo post ps̄m **Magnificat.** ad **Placebo. Et hoc sit generale per totū annū q̄ quotiens fiunt genuflexiōes i choro ad vespas vel ad matutinas diei: totiēs**

fiāt in seq̄ntib⁹ obsequijs mortuorū q̄uis fiāt.ix.lectiones nisi corpus presens fuerit: vel dies anniuersa.eiusdē ecclesie episcoporū: tūc eni genuflectere chorꝫ non licet: sed cōtinue stare tenet ad **Placebo.** quousqꝫ finiatur: ꝛ etiā in singulis nocturnis ad **Dirige.** dū dicitur oratio dn̄icalis ante lect. ꝛ in laud. tantū ad primum p̄m. scꝫ **Miserere.** ꝛ a versiculo ante p̄m **Benedictus.** quousqꝫ illius obsequij officiū expleatur. In reliqua psalmodia ꝛ in omnibus alijs sedere debet. ❡ Sciendū est q̄ in vigilia mortuorꝫ nunq̄ fiunt prostrat. in paschali tempore: nec in aliquo festo triu vel.ix.lec.nec in cōmemoratione beate marie vel sancti loci. nec in oct. nec in fra octa. sanctorꝫ. ❡ Quando vero corpus adest presens ꝛ in anniuersarijs episcoporꝫ oēs clerici stare tenentur ad **Placebo.** per totū tempus / ad **Dirige.** vt in alio tēpore / ad laudes similiter per totū tempus nisi ab inceptiōe p̄i **Te decet.** vsqꝫ ad ℣. ante **Benedictus dn̄s.** In vigilia quoqꝫ mortuorum.iij.lectionū extra tempus paschale oēs versiculi dicantur a sacerdote executore officij loco nec habitu mutato. In vigilia mortuorꝫ.ix.lec.simplici.j.ān.sup psalmos ad **Placebo.** in superiori gradu inchoetur. cet. oēs ān. in prima forma discurrant excepta ān. super **Magnificat.** ꝛ prima ān. sup p̄os ad **Dirige.** ꝛ.j.ān.ad laud. ꝛ ān. super **Benedict⁹.** que in superiori gradu discurrant. Tres prime lectiones in prima forma legantur: loco nec habitu mutato: sua quoqꝫ ℟ia ab eisdem lectoribus cantentur. Tres medie lectiōes in.ij.forma cū suis ℟ijs dicantur. Tres vltie lectiones in superiori gradu eodem modo cum suis ℟ijs dicantur. Ita tamen q̄ secundus ℣. vltimi ℟ij in eodem gradu ex opposito dicatur. Tertius similiter ex parte chori in eodē gradu dicatur: cetera vt predictū est sunt exequenda ❡ Iste mod⁹ seruitij mortuorū locum habet in omni anniuersa. ꝛ triginta. post primum diē triginta ❡ In anniuersa. tamen sim-

plici canonicorū vltimū ℟. a duobus de superiori gradu dicatur ad gradū chori habitu non mutato cū suis tribus ℣.

¶ In prima quoqꝫ die trigint. simplicis canonici eodē modo vltimū ℟. dicatur: sed tñ post vltimū ℣. ℟ij ab ipsis cantoribus ad gradū chori repetat responsoriū ⁊ a choro percātetur. Preterea sexta lectio in superiori gradu cū suo respōsorio dicatur. ¶ In āniuersarijs vero archidiaconoꝝ ⁊ subdiaconorū vel succentoꝝ modus seruitij fiat sicut in primo trigintali simplicis canonici. ¶ In anniuersa. cātorū/ thesauraṫ. cancellaṫ. anṫ. que in simplicibꝰ vigilijs solēt esse in prima forma/ in secunda forma discurrant ceteris vt in die trigintalis de canonico. ¶ In anniuersarijs decani simile seruitium obseruetur quod de ceteris personis/ excepta ꝙ tertia lectio in secunda forma/ quinta lectio in superiori gradu cum suo responsorio dicatur. ¶ De personis vero ecclesie in episcopos promotis in alijs ecclesijs fit seruitiū in eorum anniuersarijs iuxta dignitatis sue exigentiam quā ante promotionē in ecclesia Sarisbu. habuerūt. ¶ De alijs vero episcopis extraneis ⁊ pro regibus pro quibus fit seruitiū: eo modo fiat quo in anniuersarijs canonici simplicis.


¶ Sciendū tamen est ꝙ de alijs solūmodo fit seruitiū in anniuersarijs que scribūtur in martyrologio Sciendū est autem ꝙ in anniuersarijs. iiij. principalium personarū excellentioꝝ sacerdos exequitur officiū. Episcopus vero in anniuersarijs episcoporū predecessorū officiū exequitur. In anniuersa. ⁊ trigint. epōꝝ Sarisbu. ecclesie totū seruitium discurrit more duplicis festi scꝫ Johannis baptiste. habitꝰ tamen non mutetur in legendo vel cantando. Tabula etiam de lectionibus legendis ⁊ ℟ijs cantandis disponitur sicut in predicto festo: excepto ꝙ nullum ℟m a tribus cantatur nisi nonum. Tertium quoqꝫ. vj. ⁊ ix. repetantur ab illis clericis qui versum responsorij cantauerint: lectiones vero

nō i pulpito sed ad gradū chori super lectrinū legant. Executor tamē officij in orationibus dicendis / locū non mutet nec habitum. Oēs aūt versiculi dicantur & respondeantur sub eodē tono quo in tribus noctibus ante pascha: sed in audientia non respondeantur. ¶ In omnibus alijs anniuersarijs & trigintalibus. j. aña super primū psalmū ad Placebo. in superiore gradu inchoetur. cetere oēs antiphone in secunda forma discurrant per ordinē: excepta aña super ps̄m Magnificat. et. j. aña super primum psalmum ad Dirige. & j. aña ad laudes & aña super Benedictus que in superiore gradu discurrant. Sex prime lectiones in. ij. forma legantur loco nec habitu mutato. V̄. quoqꝫ R̄. ior ab eisdē lectorib⁹ cantent. Septima lectio cū V̄. R̄. ij sui & sic deinceps in superiore gradu supradicto modo discurrant. Ita tamen qꝫ. ix. R̄. a duobus de superiore gradu cantet ad gradū chori habitu non mutato cum suis V̄. ¶ Et sciendum est qꝫ semp dicatur a sacerdote Et ne nos. post Pater noster. ante iceptionē lectionis quandocunqꝫ dicatur seruitiū mortuorū tā. iij. q̄. ix. lectionū. Oēs vero V̄. ab aliquo sacerdote de superiore gradu dicantur sub eodē tono q̄ in trib⁹ noctib⁹ ante pascha loco nec habitu mutato: vel ab executore officij / & respōdeat chorus supradicto modo. ¶ Quando vero fit seruitiū pro corpore presenti non pro canonico: oēs ān. preter quinqꝫ principales in secunda forma supradicto modo discurrant: due p̄re lect. cū suis R̄. in. j. forma. iij. & iiij. in. ij. forma. v. & sic deiceps in superiori gradu. Singula V̄o R̄ia a duob⁹ ad caput defuncti ad orientem conuersis habitu non mutato cantentur: vltimum vero responsorium a tribus cuz repetitione cantetur loco & habitu supradicto. Ita tamen qꝫ ab ipsis cantoribus cantetur & inchoetur. Singuli vero versiculi a duobus pueris ibidem dicantur habitu non mutato: nō respōdeantur in audientia quando dicūtur a duobus: cete-

ra vt in alijs vigilijs predictis.



Equiem eternam dona eis do-



mine. Et lux perpetua luceat eis.


Si vero fuerit corpus canonici cuiuscunque: eodem modo fiat seruitium sicut in anniuersarijs episcoporum eiusdem ecclesie. ¶ In vigilijs mortuorum ad vesperas sine Deus in adiutorium. incipiatur in superiori gradu. Antiphona.



Placebo. E.u.o.u.a.e. Psalmus.



Ilexi quo-




niam exaudiet dominus vocem orationis mee.

Quia inclinauit aurem suam michi: et in diebus meis inuocabo. Circũdederũt me dolores mortis: et pericula inferni inuenerũt me. Tribulationẽ et dolorẽ inueni: et nomẽ dñi inuocaui. O dñe libera aiam meã/misericors dñs et iustus: et de⁹ noster miseretur. Custodiẽs paruulos dñs: hũiliat⁹ sũ et liberauit me. Conuertere aia mea in requiẽ tuã: qr dñs benefecit tibi. Quia eripuit aiam meã de morte/oculos meos a lachrymis: pedes meos a lapsu. ¶ Iste sequens ℣. scz Placebo domino in regiõe viuorũ. eo q idẽ est cũ ãn. sequenti: non dicatur pro versu nisi tãtũ in quotidianis obsequijs mortuorũ quando vna sola ãn. dicitur super psal. sz finito versu Quia eripuit. immediate sequatur Aña.




Placebo dño in regiõe viuoꝝ. añ Heu me. E.u.o.u.a.e. ps.

Ad dñm cum tribularer clamaui: et exaudiuit me. Domine libera aĩam meam a labijs iniquis: et a lingua dolosa. Quid detur tibi aut quid apponatur tibi: ad linguam dolosam. Sagitte potentis acute: cum carbonibus desolatorijs. Heu michi quia incolatus meus ꝓlongatus est: habitaui cum habitantibus cedar / multũ incola fuit anima mea. Cum his qui oderunt pacem eram pacificus: cum loquebar illis inpugnabant me gratis. Aña.




Heu me quia incolatus meus prolongatus est. Vsus.

Leuaui oculos meos in montes: vnde veniet auxilium michi. Auxilium Dominus. E.u.o.u.e. ps. meum a domino: qui fecit celum et terram. Non det in commotionem pedem tuum: neqꝫ dormitet qui custodit te. Ecce nõ dormitabit neqꝫ dormiet: qui custodit israel. Dominus custodit te dominus protectio tua: super manum dexteram tuam. Per diem sol non vret te: neqꝫ luna per noctem. Dominus custodit te ab omni malo: custodiat animam tuam dominus. Dominus custodiat introitum tuum et exitum tuum: ex hoc nunc et vsqꝫ in seculum. Antiphona.




Dominꝰ custodit te ab omni malo custodiat animã tuã




dominus. Aña. Si iniquitates. Euouae. Psalmus.

De profundis clamaui ad te dñe: dñe exaudi vocē meā. Fiant aures tue intendentes: in vocem deprecationis mee. Si iniquitates obseruaueris domine: dñe quis sustinebit? Quia apud te propitiatio est: & propter legem tuā sustinui te dñe. Sustinuit anima mea in verbo eius: sperauit anima mea in domino. A custodia matutina vsq; ad noctem: speret israel in domino. Quia apud dñm misericordia: & copiosa apud eū redemptio. Et ipse redimet israel: ex omnibus iniquitatibus eius. Antiphona.



Si in i quitates obseruaueris domine: domine quis



sustinebit. Aña. Ope ra. Euouae. Psalmus.


Confitebor tibi domine in toto corde meo: quoniam audisti verba oris mei. In conspectu angelorū psallam tibi: adorabo ad templum sanctum tuū: & confitebor nomini tuo. Super misericordia tua & veritate tua: quoniam magnificasti super omne nomen sanctū tuū. In quacūq; die inuocauero te exaudi me: multiplicabis ī anima mea virtutem. Cōfiteantur tibi domine omnes reges terre: quia audierunt omnia verba oris tui. Et cantent in vijs domini: quoniam magna est gloria domini. Quoniam excelsus dñs & humilia respicit: & alta a longe cognoscit. Si ambulauero in medio tribulationis viuificabis me, & super iram

inimicorũ meorũ extendisti manum tuam: & saluũ me fecit dextera tua. Dñs retribuet pro me / dñe misericordia tua in seculum: opera manuũ tuarũ ne despicias. Antiphona.




Opera manuum tuarum domine ne despicias.

Deinde dicit' Versicul' hoc modo.



A porta inferi.


℟. Erue domine animas eorum. ¶ Et sciendũ est q quandocunq corpus presens fuerit & in anniuersarijs & trigintalibus episcoporũ Sarisbu. ecclesie. & in die animarũ oẽs ℣. tam ad Placebo. q ad Dirige. a duobus pueris pariter stantibus ad orientẽ conuersis habitu non mutato / sub tono supradicto cantentur: & sub silẽtio respondeantur. Ita q in anniuersarijs & trigintalib' episcopor / & in die animarũ ad gradũ chori in medio: & quãdocũq corpus presens affuerit ad caput defuncti dicatur. ¶ In omnibus vero alijs anniuersarijs et trigintalibus: et quando vltimo fit seruitium mortuorum ante pascha: omnes ℣. ab aliquo sacerdote in superiori gradu vel ab executore officij loco nec habitu mutato sub tono supradicto dicantur. & tunc semp respondeat chorus sub hoc tono. Respõsoriũ.



Erue domĩe animas eorũ. ãn. Audiui vocẽ. Euouae. ps.

Magnificat anima mea dñm. Et exultauit spiritus meus: in deo salutari meo. Quia respexit humilitatem ancille sue: ecce eñ ex hoc beatam me dicent omnes generationes. Quia fecit michi magna qui potens est: & sanctum nomen eius. Et misericordia eius a progenie in pgenies: timentibus eũ. Fecit potentiam in brachio suo: disp-

sit superbos mente cordis sui. Deposuit potentes de sede: & exaltauit humiles. Esurientes impleuit bonis: & diuites dimisit inanes. Suscepit israel puerū suū: recordatus misericordie sue. Sicut locutus est ad patres nostros: abraham & semini eius in secula. ¶ Nunq̄ thurificetur corpus alicuius defuncti ad Placebo domino. vel ad Dirige domine. secundum vsum ecclesie Sarisbu. Antiphona.



Audiui vocē de celo dicentē: beati mortui q̄ in domino mo



riuntur. Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Pr nr. Deinde sine pnunciatiōe Et ne nos. dicat iste ps. sine nota.

Lauda aīa mea dn̄z: laudabo dominū in vita mea: psallam deo meo q̄diu fuero. Nolite cōfidere in principibus: nec in filijs hominum in quibus non est salus. Exibit spiritus eius et reuertetur in terram suam: in illa die peribunt omnes cogitationes eorum. Beatus cuius deus iacob adiutor eius spes eius in domino deo ipsius: qui fecit celum et terram mare et omnia que in eis sunt. Qui custodit veritatē in seculū / facit iudicium iniuriā patiētibus: dat escam esurientibus. Dominus soluit compeditos: dominus illuminat cecos. Dominus erigit elisos: dominus dirigit iustos. Dominus custodit aduenas pupillum et viduam suscipiet: et vias peccatorum disperdet. Regnabit dominus in secula deus tuus sion: in generatione et generationem.

¶ Finito psalmo: dicat sacerdos loco nec habitu mutato hunc versiculum sequentem. Versus.




R equiem eternam dona eis domine. Et lux perpetua lu-



ceat eis. A porta inferi. Erue domine animas eorum.



Credo videre bona domini. In terra viuentium. Domi



nus vobiscum. Et cum spiritu tuo. Oremus.

¶ Sciendū est q̄ quādocunq; corpus adest presens nisi fuerit episcopi/regis/regine/vel alterius magnatis: semper dicantur sub tono sequenti ⁊ sub vna conclusione tā ad **Placebo.** q̄ ad **Dirige.** quatuor orationes: quarum Prima sit pro corpore presenti. Secunda pro episcopis. Tertia pro fratribus ⁊ sororibus. Et quarta generalis. ¶ Si vero eodē die dies anniuersarius vel trigintale alicuius nō complete cōtigerit: tunc sit secunda oratio pro illo anniuersario vel trigintali: tertia pro fratribus ⁊ sororibus: ⁊ quarta generalis. Et si trigintale simul cū anniuersario eodem die contigerit: tunc sit secunda oratio pro illo trigintali: tertia p̄ anniuersario: ⁊ quarta generalis. ¶ Tamen hoc non vsitatū est in ecclesia Sarisbu. imo differantur ibidem huiusmodi solennitates: ⁊ vnaqueq; per se solennitas celebretur: licet in ecclesijs parochialibus fieri nō valeat. ¶ Similiter in omnibus anniuersarijs vel trigintalibus semper dican-

tur quatuor orationes sub vna conclusione: tam ad Placebo. ꝙ ad Dirige. quarum prima sit pro illo ãniuersario vel trigintali: secunda pro episcopis: tertia pro fratrib⁹ ⁊ sororibus: ⁊ quarta generalis. Pro corpore presenti cuiuscunqꝫ fuerit tã ad Placebo. quã ad Dirige. dicitur hec Oratio.

Deus cui proprium est misereri semper et parcere/te supplices deprecamur pro anima famuli tui vel famule tue N quã hodie de hoc seculo migrare iussisti: vt non tradas eã in manus inimici nec obliuiscaris i finẽ: sꝫ iubeas illã ab angelis sctis suscipi: atqꝫ ad regionem viuorum perduci: ⁊ quia in te sperauit ⁊ credidit/ sanctorum tuorum mereatur societate lettari.

In anniuersario de quocunqꝫ fuerit ad Placebo. tantum dicatur hec sequens Oratio.

Deus indulgentiarum dñe da anime famuli tui vel falꝫ tuoꝫ N. cuius quorũ anniuersariũ depositionis diem cõmemoram⁹: refrigerij sedem/ quietis beatitudinem/ luminis claritatem. ¶ Pro trigintali complẽdo vel completo seu cõmemoratione vni⁹ defuncti vel plurimorũ tam ad Placebo. ꝙ ad Dirige. dicitur hec Oratio.

Deus cui proprium est misereri semper ⁊ parcere/ propitiare anime famuli tui vel famule tue N. ⁊ omnia eius peccata dimitte: vt mortis vinculis absolutus vel absoluta/ transire mereatur ad vitam. ¶ Pro episcopis defunctis ad Placebo. tantum dicitur ista Oratio.


Deus qui inter apostolicos sacerdotes famulos tuos pontificali fecisti dignitate censeri / presta quesum⁹ vt quorum vicem ad horam gerebant in terris: eorum ꝑpetuo consortio letentur in celis. ¶ Pro fratribus ⁊ sororibus nostris ad Placebo. tantum dicitur ista sequens Oratio.

Deus venie largitor et humane salutis auctor/ quesumus clementiam tuam: vt nostrarum congrega-


tionū fratres ⁊ sorores q̄ ex hoc seculo transierūt: intercedē te beata maria semper virgine ⁊ beato michaele archange lo cū oībꝫ sctis ad ꝑpetue btitudinis ꝯsortiū ꝑuenire ꝯcedas.

¶ Oratio generalis ad Placebo. tātū dicenda. Oratio.

Fidelium deus omnium conditor ⁊ redemptor/ animabus omnium fideliū defūctorum remissionē cunctorum tribue peccatorum: vt indulgentiam quam semper optauerunt pijs supplicationibus con-




sequātur. Qui cū deo patre ⁊ spiritu sācto viuis ⁊ regnas




deus. Per omnia secula seculorum. ℟. Amen.

Non dicitur Dominus vobiscum. neqꝫ Requiescant in pace. sed absqꝫ interuallo incipiantur matutine mortuorū: vt patet inferius. Tamen quandocunqꝫ non dicitur Dirige. statim post Placebo. vt in die animarum ⁊ in. xl. ⁊ quando orationes predicte dicuntur in laudibus: vt a die animarū vsqꝫ ad quartam feriam ante pascha: tunc finita oratione Fidelium. vt supradictū est: statim dicat sacerdos executor officij sine Dominus vobiscum. hoc modo.





Requiescant in pace. ℟. Amen.

¶ In quotidianis tm̄ obsequijs mortuorū tertia lectio semper sine nota dicatur et respondeatur. Ad matutinas mortuorum non dicitur Domine labia. nec Deus in adiutorium. sed sine inuitatorio et sine psalmo Uenite. incipiatur antiphona in superiori gradu hoc modo. In primo nocturno. Antiphona.



Verba mea auribus percipe dn̄e: intellige clamorē meū. Intende voci orationis mee: rex meus & deus meus. Quoniam ad te orabo domine: mane exaudies vocem meā. Mane astabo tibi & videbo: quoniam non deus volens iniquitatē tu es. Neqꝫ habitabit iuxta te malignus: neqꝫ permanebūt iniusti ante oculos tuos. Odisti oēs q̄ operanē iniqtatē: pdes oēs q̄ loquūtur mēdaciū. Virū sanguinū & dolosum abominabit dn̄s: ego aūt in multitudine mīe tue. Introibo in domū tuā: adorabo ad tēplum sanctū tuū in timore tuo. Dn̄e deduc me in iustitia tua ꝓpter inimicos meos: dirige in conspectu tuo viā meā. Qm̄ non est in ore eorū veritas: cor eorū vanū est. Sepulchrum patēs est guttur eor / liguis suis dolose agebāt: iudica illos deꝰ. Decidāt a cogitationibꝰ suis / scd̄z multitudinē impietatū eor expelle eos: quoniā irritauerūt te dn̄e. Et letētur omnes qui sperant in te: in eternū exultabunt & habitabis in eis. Et gloriabuntur in te omnes qui diligunt nomen tuum: quoniam tu benedices iusto. Domine vt scuto bone voluntatis tue: coronasti nos. Antiphona.






Antiphona. Conuertere. E.u.o.u.a.e. Psalmus.

Domine n e in furore tuo arguas me: neqꝫ in ira tua corripias me. Miserere mei domine quoniam infirmus sum: sana me dn̄e quoniam conturbata sunt ossa mea.

Et anima mea turbata est valde: sed tu dñe vsquequo. Cōuertere domine & eripe animam meam: saluū me fac ppter misericordiam tuam. Quōniā non est in morte qui memor sit tui: in inferno aūt quis confitebitur tibi. Laboraui in gemitu meo lauabo per singulas noctes lectū meum: lachrymis meis stratū meū rigabo. Turbatus est a furore oculꝰ meus: inueterauí inter omnes inimicos meos. Discedite a me omnes q operamini iniquitatem: qm̄ exaudiuit dominus vocem fletus mei. Exaudiuit dñs deprecationem meam: dominus orationem meam suscepit. Erubescant & conturbentur vehementer omnes inimici mei: conuertantur & erubescant valde velociter. Antiphona.




Conuertere domine & eripe animā meā: quoniā non est in



morte qui memor sit tui. Añ. Nequādo. E.u.o.u.a.e. ps.

Domine deus meus in te speraui: saluum me fac ex omnibus persequentibus me & libera me. Nequando rapiat vt leo animā meam: dū non est qui redimat neqꝫ qui saluum faciat. Domine deus meus si feci istud: si est iniquitas in manibus meis. Si reddidi retribuentibus michi mala: decidam merito ab inimicis meis inanis. Persequatur inimicus animam meā / & comprehendat & conculcet in terra vitam meā: et gloriam meam in puluerem deducat. Exurge domine in ira tua: & exaltare in finibus inimicorū meorū. Et exurge domine deus meꝰ in precepto quod mandasti: & synagoga populorū circundabit te. Et propter hāc in altum regredere: dominus iudicat populos. Iudica me

domine secundũ iustitiam meã: et secundum innocentiam meam sup me. Consumetur nequitia peccatorũ & diriges iustũ: scrutans corda & renes deus. Iustum adiutorium meũ a dño: qui saluos facit rectos corde. Deus iudex iust⁹ fortis & patiens: nunquid irascitur per singulos dies? Nisi conuersi fueritis gladium suũ vibrauit: arcũ suũ tetendit & parauit illũ. Et in eo parauit vasa mortis: sagittas suas ardentibus effecit. Ecce parturit iniustitiam concepit dolorem: & peperit iniquitatem. Lacum aperuit et effodit eũ: et incidit in foueaz quam fecit. Conuertetur dolor eius in caput eius: et in verticem ipsius iniquitas eius descendet. Confitebor domino secundum iustitiam eius: et psallam nomini domini altissimi. Antiphona.



Nequando rapiat vt leo animam meam: dum non est



qui redimat / neq; qui saluum faciat. ℣. A porta inferi. ℟. Erue dñe aïas eor. Pater nr̃. Deinde dicat sacerdos in audiẽtia sub tono ɔsueto. Et ne nos indu. Chor⁹ similiter in audiẽtia sub eodẽ tono rñdeat. Sed libera nos a malo. q̃d p totũ ãnũ obseruet in obsequijs mortuor cũ nota dicẽdis qualiscũq; noctur⁹ dr: ac etiã in die animar. Añ lec. non dicat Jube dñe bñdicere. nec Tu aũt dñe. s; ex verbis lectio. finez faciãt lectores: vt infra patebit in lectione seq̃nti. Lectio. j.

Parce michi dñe / nichil eni sunt dies mei. Quid est homo quia magnificas eũ: aut quid apponis erga eum cor tuũ? Uisitas eũ diluculo: & subito probas illũ. Usq; quo non parcis michi: nec dimittis me vt glutiã saliuã meam?

Peccaui. Quid faciã tibi o custos hominũ. Quare posuisti me contrariũ tibi: et factus sũ michimetipsi grauis. Cur nõ tollis peccatũ meũ: et quare nõ aufers iniquitatẽ meã. Ecce nũc in puluere dormio: et si mane me q̃sieris Et finiat sic.

Eodem modo finiantur omnes lectiones preter non subsistam. secũdam. R. Credo q redemptor meus vi uit et in nouis simo di e de ter ra surre cturus sum. Et in carne me a vide bo de um saluato rem me um. V. Quẽ visurus sum ego ipse et non ali us et oculi mei con spectu ri sunt. Et in carne me a. Lectio secunda.

T Edet aīam meā vite mee: dimittā aduersum me eloquiū meū. Loquar in amaritudine anime mee/ dicā deo: noli me condēnare. Indica michi cur me ita iudices. Nunquid bonū tibi videtur si calūnieris et opprimas me opus manuū tuarū: & consiliū impiorū adiuues. Nunquid oculi carnei tibi sunt: aut sicut videt homo & tu videbis. Nūquid sicut dies hominis dies tui: et anni tui sicut humana sunt tempora. Ut queras iniquitatē meā & pctm̄ meū scruteris: & scias q2 nihil ipiū feceri. Cū sit nemo q̄ de manu tua

possit eruere. ℟. Qui lazarum resuscita sti a

monumento feti dū. Tu eis do mi ne


dona requi em & lo cum indul genti e. ℣.

Qui venturus es iudicare viuos & mortu os


et secu lū per i gnē. Tu eis. Lectio tertia.

M Anus tue dn̄e fecerūt me: & plasmauerūt me totū in circuitu: & sic repēte p̄cipitas me. Memēto q̄so q̄ sicut lutū feceris me: & in puluerē reduces me. Nōne sicut lac


mulsisti me: et sicut caseū me coagulasti. Pelle et carnib9 vestisti me: ossibus et neruis compegisti me. Uitam et misam tribuisti michi: et visitatio tua custodiuit spiritum meū. R3.












Quandocunq corpus adest presens: et in anniuersa. episcoporū tantū: ac etiā in die animarū repetatur. iij. vs. et. ix. R. ab illis clericis qui V. responsorij precedentis cantauerunt.

In secundo nocturno Antiphona.



Dominus regit me et nichil michi deerit: in loco pascue ibi me collocauit. Sup aquā refe In loco. E.u.o.u.a.e. ctiōis educauit me: aīam meā cōuertit. Deduxit me sup semitas iustitie: ppter nomen suū.

Nam ⁊ si ambulauero in medio vmbre mortis: non timebo mala quoniã tu mecũ es. Uirga tua ⁊ baculus tuus: ipsa me consolata sunt. Parasti in conspectu meo mensã: aduersus eos qui tribulant me. Impinguasti in oleo caput meum: ⁊ calix meus inebrians ꝙ̃ preclarus est. Et misericordia tua subsequetur me: omnibus diebus vite mee. Et vt inhabitẽ in domo dñi: in longitudinẽ dierũ. Antiphona.




In loco pascue ibi me collocauit. ã. Delicta. E.u.o.u.a.e. ps.

AD te dñe leuaui aĩam meã: deus me⁹ in te cõfido nõ erubescã. Neqꝫ irrideant me inimici mei: etenĩ vniuersi qui sustinent te non confundentur. Confundantᷣ oĩs iniqua agentes supuacue. Uias tuas dñe demõstra mihi: ⁊ semitas tuas edoce me. Dirige me in veritate tua ⁊ doce me: qꝛ tu es de⁹ saluator me⁹ ⁊ te sustinui tota die. Reminiscere miserationũ tuaꝝ dñe: ⁊ miaꝝ tuaꝝ que a seculo sunt. Delicta iuuẽtutis mee: ⁊ ignorãtias meas ne memineris. Secũdũ miaꝫ tuã memẽto mei tu: ꝓpter bonitatẽ tuã dñe. Dulcis ⁊ rectus dñs: ꝓpter hoc legẽ dabit delinquẽtib⁹ in via. Diriget mãsuetos ĩ iudicio: docebit mites vias suas. Uniuerse vie dñi mia ⁊ veritas: requirentibus testamentũ ei⁹ ⁊ testimonia eius. Propter nomẽ tuũ dñe ꝓpitiaberis peccato meo: multũ est enĩ. Quis est homo q̃ timet dñz: legẽ statuit ei ĩ via quã elegit. Aĩa ei⁹ ĩ bonis demorabitᷣ: ⁊ semẽ ei⁹ hereditabit terrã. Firmamẽtũ est dñs timẽtibus eũ: ⁊ testamẽtũ ipsi⁹ vt manifestetur illis. Oculi mei semꝑ ad dñm: quoniã ipse euellet de laqueo pedes meos. Respice in me ⁊ miserere mei: quia vnicus ⁊ pauper suz ego. Tribulationes cordis mei multiplicate sunt: de necessitatibus meis erue me. Uide humilitatem meã ⁊ laborẽ meum: et

dimitte vniuersa delicta mea. Respice inimicos meos qm̄ multiplicati sunt: ⁊ odio iniquo oderunt me. Custodi aīaȝ meā ⁊ erue me: non erubescā qm̄ speraui in te. Innocētes ⁊ recti adheserunt michi: quia sustinui te. Libera de⁹ israel: ex omnibus tribulationibus suis. Antiphona.



Delicta iuuentutis mee ⁊ ignorantias meas: ne memi-



neris domine. Aña Credo videre. E.u.o.u.a.e. Psalm⁹.

DOminus illuminatio mea ⁊ salus mea: quē timebo. Dn̄s protector vite mee: a quo trepidabo. Dū appropiant super me nocentes: vt edāt carnes meas. Qui tribulant me inimici mei: ipsi infirmati sunt ⁊ ceciderunt. Si consistant aduersum me castra: non timebit cor meū. Si exurgat aduersū me preliū: in hoc ego sperabo. Unam petij a dn̄o hanc requirā: vt inhabitē in domo dn̄i omnibus diebus vite mee. Ut videam voluntatē dn̄i: et visitē templuȝ eius. Quoniaȝ abscondit me in tabernaculo suo in die malorū: protexit me in abscondito tabernaculi sui. In petra exaltauit me: ⁊ nunc exaltauit caput meum super inimicos meos. Circuiui ⁊ immolaui in tabernaculo eius hostiā vociferationis: cantabo ⁊ psalmū dicā domino. Exaudi domine vocē meam qua clamaui ad te: miserere mei ⁊ exaudi me. Tibi dixit cor meum/exquisiuit te facies mea: faciem tuā domine requirā. Ne auertas faciē tuā a me: ne declines in ira a seruo tuo. Adiutor meus esto ne derelinquas me: neq̄ despicias me deus salutaris meus. Quoniā pater meus ⁊ mater mea dereliquerunt me: dn̄s autem assumpsit

me. Legem pone michi domine in via tua: ꝛ dirige me in semita recta ꝓpter inimicos meos. Ne tradideris me ĩ aĩas tribulantiũ me: quoniã insurrexerunt in me testes iniqui: ꝛ mentita est iniq̃tas sibi. Credo videre bona domini: in terra viuẽtium. Expecta dominum viriliter age: ꝛ cõfortetur cor tuum ꝛ sustine dominũ. Amen. Antiphona.




Credo videre bona domini in terra viuentiũ. ℣. In memoria eterna erũt iusti. ℟. Ab auditione mala non timebunt. Lectio quarta.


Quantas habeo iniquitates ꝛ peccata: scelera mea atq̃ delicta ostende michi. Cur faciẽ tuam abscondis: et arbitraris me inimicum tuũ. Contra foliũ quod vẽto rapitur ostendis potentiã tuam: ꝛ stipulã siccam persequeris. Scribis eñ contra me amaritudines: ꝛ consumere me vis pctis adolescẽtie mee. Posuisti in neruo pedẽ meũ / ꝛ obseruasti omnes semitas meas: ꝛ vestigia pedum meorum considerasti. Qui quasi putredo consumendus sum: ꝛ quasi vestimentum quod comeditur a tinea. Responsorium.



Heu michi domine quia pecca ui ni mis in vita



me a: quid faciam mi ser v bi fu giam ni si ad



te deus me us mise rere me i.

Dum vene ris in nouissimo di e. Ps.

A nima mea turbata est val de: sed tu domine

uc curre e i. Dum. Lectio quinta.

Homo nat⁹ de muliere/breui viuēs tpe: replet̄ multis miserijs. Qui quasi flos egredit̄ ꝯterit̄ ꝯ fugit velut vmbra: ꝯ nūq̄ i eodē statu pmanet. Et dignū ducis sup huiuscemodi apire oclos tuos: ꝯ adducere eū tecū i iudicium. Quis pōt facere mūdū de imūdo ꝯceptū semine. Nōne tu q̄ sol⁹ es. Breues dies hois sūt: nūer⁹ mēsiū ei⁹ apud te est. Cōstituisti termios ei⁹: q̄ pteriri nō poterit. Recede ergo paululū ab eo vt q̄escat donec optata vēiat: ꝯ sicut mercenarij dies ei⁹.

R. Ne recor de ris peccata me a do mine. Dū

vene ris iudicare se culum per i gnē.

Dirige do mine deus me us in cōspectu tuo



Lectio sexta.


Quis michi hoc tribuat vt in inferno protegas me: et abscondas me donec pertranseat furor tuus: et cõstituas mihi tempus in quo recorderis mei. Putas ne mortuus homo rursum viuat. Cunctis diebus quibus nunc milito: expecto donec veniat immutatio mea. Vocabis me: et ego respondebo tibi. Operi manuum tuarum porriges dexteram. Tu quidem gressus meos dinumerasti: sed parce peccatis meis.

Responsorium.











Versus.









In deo Añа. Complaceat. E.u.o.u.a.e.

Expectans expectaui dñm: ꝛ intendit michi. Et exaudiuit preces meas: ꝛ eduxit me de lacu miserie ꝛ de luto fecis. Et statuit supra petrā pedes meos: ꝛ direxit gressus meos. Et imisit in os meū canticū nouū: carmē deo nostro. Uidebūt multi ꝛ timebūt: ꝛ sperabunt in dño. Beatus vir cuius est nomen dñi spes eius: ꝛ non respexit in vanitates ꝛ insanias falsas. Multa fecisti tu dñe deus meus mirabilia tua: ꝛ cogitationibus tuis non est qui similis sit tibi. Annunciaui ꝛ locutus suꝫ: multiplicati sunt sup numerū. Sacrificiū ꝛ oblationē noluisti: aures aūt perfecisti michi. Holocaustū ꝛ pro pctō non postulasti: tunc dixi ecce venio. In capite libri scriptū est de me / vt facerē volūtatē tuā deus meus volui: ꝛ legē tuā in medio cordis mei. Annunciaui iustitiā tuā in ecclesia magna: ecce labia mea non prohibebo dñe tu scisti. Iustitiā tuā non abscondi in corde meo: veritatē tuā ꝛ salutare tuū dixi. Non abscondi misericordiam tuā ꝛ veritatē tuā: a consilio multo. Tu aūt domine ne longe facias miserationes tuas a me: misericordia tua ꝛ veritas tua semper susceperunt me. Quoniā circundederunt me mala quorum non est numerus: comprehen-

derunt me iniquitates mee & non potui vt viderem. Multiplicate sunt super capillos capitis mei: et cor meū dereliquit me. Complaceat tibi domine vt eruas me: domine ad adiuuandū me respice. Confundantur et reuereantur simul: qui querunt animā meam vt auferant eam. Conuertantur retrorsum et reuereantur: qui volunt michi mala. Ferant confestim confusionē suam: qui dicunt michi euge euge. Exultent & letentur super te omnes querentes te: et dicant semper magnificetur dominus qui diligunt salutare tuum. Ego autem mendicus sum & pauper: dominus sollicitus est mei. Adiutor meus & protector meus tu es: deus meus ne tardaueris. Antiphona.




Complaceat tibi domine vt e ripias me ad adiuuan-




dū me respice. Aña. Sana domine. E.u.o.u.a.e. Psalmus.
Beatus qui intelligit sup egenū & pauperē: in die mala liberabit eū dñs. Dñs conseruet eū & viuificet eū & beatū faciat eū in terra: & nō tradat eū in aiam inimicor eius. Dñs opē ferat illi sup lectū doloris eius: vniuersum stratū eius versasti in infirmitate eius. Ego dixi dñe miserere mei: sana aiam meā quia peccaui tibi. Inimici mei dixerunt mala michi: quādo morietur et peribit nomen eius. Et si ingrediebatur vt videret vana loquebatur: cor eius congregauit iniquitatē sibi. Egrediebatur foras: & loquebat in id ipsū. Aduersū me susurrabāt oēs inimici mei: aduersū me cogitabāt mala mihi. Verbū iniquū cōstituerūt aduersū me: nūqd q dormit nō adiiciet vt resurgat. Etenim

homo pacis mee ī quo speraui: qui edebat panes meos magnificauit super me supplantationē. Tu aūt dn̄e miserere mei et resuscita me: et retribuam eis. In hoc cognoui quoniam voluisti me: quoniam non gaudebit inimicus meus super me. Me autem propter innocentiam suscepisti: & confirmasti me in conspectu tuo in eternū. Benedictus deus israel a seculo & in seculū: fiat fiat. Antiphona.




Sana domine animam meam quia peccaui tibi. Añā.



Sitiuit. E.u.o.u.a.e. Psalmus.

Quemadmodum desiderat ceruus ad fontes aquarū: ita desiderat aīa mea ad te deus. Sitiuit anima mea ad deū fontē viuū: quando veniā & apparebo ante faciē dei? Fuerūt mihi lachrymе mee panes die ac nocte: dū dicitur michi quotidie vbi est deus tuus. Hec recordatus sum & effudi in me aīam meā: quoniā transibo in locū tabernaculi admirabilis vsq₃ ad domū dei. In voce exultationis & confessionis: sonus epulantis. Quare tristis es anima mea: & quare conturbas me? Spera in deo quoniā adhuc confitebor illi: salutare vultus mei et deus meus. Ad meipsum aīa mea conturbata est: propterea memor ero tui de terra iordanis & hermonij a monte modico. Abyssus abyssum inuocat: in voce cataractarū tuarū. Oīa excelsa tua & fluctus tui: super me transierunt. In die mandauit dn̄s misericordiā suā: & nocte canticū eius. Apud me orō deo vite mee: dicā deo susceptor meᵘ es. Quare oblitus es mei/ & quare contristatus incedo: dū affligit me inimicus?

Dū confringuntur ossa mea: exprobrauerunt michi q̄ tribulant me inimici mei. Dū dicūt michi per singulos dies: vbi est deus tuus. Quare tristis es anima mea: et quare cō turbas me: Spera in deo quoniā adhuc confitebor illi: salutare vultus mei et deus meus. Antiphona.




Si ti uit anima mea ad deum viuum / quando ve-



niam et apparebo ante faciem domini: Vsus. Requiem eternā dona eis dn̄e. ℞. Et lux ppetua luceat eis. Lec. vij.

Spiritus meus attenuabitur: dies mei breuiabūtur: et solū michi superest sepulchrum. Non peccaui: et in amaritudinibus moratur oculus meus. Libera me dn̄e et pone me iuxta te: et cuiusuis manus pugnet contra me. Dies mei transierunt: cogitatiōes mee dissipate sunt / torquētes cor meū. Noctem verterunt in diē: et rursū post tenebras spero lucē. Si sustinuero infernus domus mea est: et in tenebris straui lectulū meū. Putredini dixi. Pater meus es: mater mea: et soror mea vermibus. Ubi est ergo nunc prestolatio mea: et patiētia mea: Tu es dn̄e deus me⁹. Respōsoriū.



Peccantē me quoti die et non peniten tem timor mor



tis cōtur bat me. Quia in inferno nulla est redēptio



Lectio octaua.


Pelli mee consumptis carnibus adhesit os meum: et relicta sunt tantũmodo labia circa dentes meos. Misereminí mei miseremini mei: saltem vos amici mei: quia manus dñi tetigit me. Quare psequimini me sicut deus: et carnibus meis saturamini. Quis mihi tribuat vt scribantur sermones mei. Quis mihi det vt exarẽtur in libro stilo ferreo: aut plumbi lamina: vel celte sculpantur in silice. Scio enim quod redemptor meus viuit: et in nouissimo die de terra surrecturus sum: et rursum circundabor pelle mea: et in carne mea videbo deum saluatorẽ meum. Quem visurus sum ego ipse: et oculi mei conspecturi sunt: et non alius. Reposita est hec spes mea in sinu meo.

Responsorium.






is. ℣. Qui la zarum resuscitasti a monumẽto feti dñ



tu eis domine do na re qui em. Et



lux. Lectio. ix. Quare de vulua eduxisti me: q̃ vti nã ꝯsumpt⁹ essem: ne ocul⁹ me videret. Fuissem quasi nõ essem: de vtero trãslat⁹ ad tumulũ. Nũqd nõ paucitas dierꝫ meorꝫ finiet breui: Dimitte ergo me dñe vt plãgã paululũ dolorẽ meũ: anteq̃ vadã ꝛ nõ reuertar ad terrã tenebrosã ꝛ optã mortis caligine. Terrã miserie ꝛ tenebrarꝫ: vbi vmbra mortis ꝛ null⁹ ordo: sꝫ sempitern⁹ horror ĩhabitãs. ℟.




Libera me do mine de morte eter na in



die illa tremen da. Quãdo celi mo uendi




sunt et terra. Dum ve neris iu di ca-



re se culum per i gnem. ℣.




Dies illa dies i re calamitatis et miseri e dies magna




Et dicitur vsq ad Dñ veneris. tantũ.

et amara val de. Quando ce li. Uersus.



Quid ergo miserrimus quid dicã vel quid faci am dñ nil



boni perferam ante tan tum iudicem: Dum ve. Ṽsus



Nunc christe te peti mus mise rere quesumus: qui venisti



redimere perditos noli damnare redemptos. Dum ve.

¶ Deĩde repetat℞ ℞ Libera me do. qḋ ꝑ totũ ãnũ obseruet qñcũq corpus adest ꝑsens: ⁊ in anniuersarijs ⁊ trigintalib⁹ cꝑoꝝ / ⁊ quatuor ꝑsonaꝝ pricipaliũ scʒ decani / cãtoris / cãcellarij / thesaurarij: ⁊ in die aĩaꝝ tm̃. In oib⁹ vo alijs vigilijs mortuoꝝ i qb⁹ dr ꝑdictũ ℞. tũc finito vltio Ṽ. nõ dicat℞ Dñ veneris. sed statim reincipiat℞ ℞ Libera me dñe. ⁊ repetat℞ vsq in finẽ. ¶ Quandocũq corpus adest ꝑsens in oib⁹ anniuersarijs ⁊ trigintalib⁹ / ⁊ qñ vltimo fit seruitiũ mor

rũ ante pascha: ac etiã in die animarũ: semper erit predictũ ℟. Libera me dñe de morte. ultimũ: et semper dicit cũ tribus ℣. supradictis nisi in die aiarum tantũ: tunc eñ dicetur cũ his versibus. Dies illa. Quando celi ut supra. Vl.

Ardentes ani me flent sine fi ne: flent sine fine ambulantes per tenebras dicuntque singule ve ve ve quãte sũt tenebre. Dum ve. ℣. Creator omnium rerũ deus qui me de limo ter re formasti et mirabiliter sanguine proprio redemisti: corpusque meũ licet modo putrescat de sepulchro facies in die iudicij resuscita ri: exaudi exaudi me ut animã me am in sinu abrahe patriarche tu i iubeas



collocari. Dum ve.


¶ Deinde repetatur ℞. vt supra dictum est. In omni vero iij. & v. feria per annū quandocunq; fuerit vigilia mortuorum cum .ix. psal. & .iij. lec. tantū: tūc sit hoc tertiū ℞. Libera me dñe de vijs inferni. Qui portas ereas confregisti & visitasti infernū: & dedisti eis lumen vt viderent te qui erāt in penis tenebrarum. ℣. Clamantes et dicentes aduenisti redēptor noster. Qui portas. ¶ Non repetatur hoc responsorium. Deinde dicat sacerdos executor officij ante laudes loco nec habitu mutato hunc versum.



Requiescant in pace. ℞. Amē.

Iste versus predict⁹ dicat semper ante laudes supradicto modo nisi a die aiarū vsq; ad quartā feriaꝫ ante pascha / nam tunc non sequuntur laudes continue post Dirige, sicut infra patebit.

In laudibus. Antiphona.



Exultabunt E.u.o.u.a.e. P̄s.

Miserere mei deus secūdum magnam misericordiā tuam. Et secūdū multitudinē miserationū tuarū: dele iniquitatem meā. Amplius laua me ab iniq̄tate mea: & a peccato meo munda me. Quoniam iniquitatē meam ego cognosco: & peccatū meū contra me est semper. Tibi soli peccaui & malū coram te feci: vt iustificeris in sermonibus tuis / & vincas cum iudicaris. Ecce enī in iniquitatib⁹ cōceptus sum: & in peccatis concepit me mater mea. Ecce enī veritatem dilexisti: incerta & occulta sapientie tue manifestasti michi. Asperges me domine hysopo & mūdabor: lauabis me & sup niuē dealbabor. Auditui meo dabis gau-

dium ꝛ letitiam: ꝛ exultabunt ossa humiliata. Auerte faciem tuam a peccatis meis: ꝛ omnes iniquitates meas dele. Cor mundũ crea in me deus: ꝛ spiritum rectum innoua in visceribus meis. Ne proiicias me a facie tua: ꝛ spiritum sanctũ tuum ne auferas a me. Redde michi letitiam salutaris tui: et spiritu principali confirma me. Docebo iniquos vias tuas: ꝛ impij ad te conuertentur. Libera me de sanguinibus deus deus salutis mee: ꝛ exaltabit lingua mea iustitiam tuam. Domine labia mea aperies: et os meum annunciabit laudẽ tuã. Quoniam si voluisses sacrificium dedissem: vtiqꝫ holocaustis non delectaberis. Sacrificium deo spiritus contribulatus: cor contritum et humiliatum deus non despicies. Benigne fac domine in bona voluntate tua sion: vt edificentur muri hierusalem. Tunc acceptabis sacrificium iustitie oblationes ꝛ holocausta: tunc imponent super altare tuum vitulos. Antiphona.

Exultabunt domino ossa humiliata. Antiphona.

Exaudi domine. E.u.o.u.a.e. Psalmus.

Te decet hymnus deus in sion: ꝛ tibi reddetur votũ in hierusalẽ. Exaudi orationẽ meã: ad te omnis caro veniet. Verba iniquorum preualuerũt sup nos: ꝛ impietatibus nostris tu ppitiaberis. Beatus quem elegisti ꝛ assumpsisti: inhabitabit in atrijs tuis. Replebimur in bonis domus tue: sanctũ est tẽplũ tuũ mirabile in equitate. Exaudi nos deus salutaris noster: spes oim finiũ terre ꝛ in mari lõge. Preparans montes in virtute tua accinctus potentia:

qui conturbas ꝓfundũ maris sonũ fluctuũ eius. Turbabuntur gentes ⁊ timebũt q̃ habitãt terminos a signis tuis: exit⁹ matutini ⁊ vespe delectabis. Uisitasti terrã ⁊ inebriasti eã: multiplicasti locupletare eã. Flumen dei repletũ est aq̃s: parasti cibũ illoꝝ qm̃ ita est ꝑparatio ei⁹. Riuos eius inebriãs multiplica genimina ei⁹: in stillicidijs ei⁹ letabitur germinãs. Benedices corone ãni benignitatis tue: ⁊ cãpi tui replebunt vbertate. Pinguescẽt speciosa deserti: ⁊ exultatione colles accingent. Induti sunt arietes ouiũ / ⁊ valles abundabunt frumento: clamabunt etenĩ hymnũ dicẽt. Añ.







veniet. Aña Me suscepit. E.u.o.u.a.e. Psalmus

Deus deus meus: ad te de luce vigilo. Sitiuit in te aia mea: q̃ multipliciter tibi caro mea. In terra deserta inuia ⁊ inaquosa sic in sancto apparui tibi: vt viderẽ virtutẽ tuã ⁊ gloriã tuã. Quoniã melior est mia tua super vitas: labia mea laudabũt te. Sic benedicã te in vita mea: ⁊ in noĩe tuo leuabo man⁹ meas. Sicut adipe ⁊ pinguedine repleat aia mea: ⁊ labijs exultationis laudabit os meũ. Si memor fui tui sup stratũ meũ / i matutinis meditabor in te: quia fuisti adiutor meus. Et in velamẽto alaꝝ tuaꝝ exultabo / adhesit aia mea post te: me suscepit dextera tua. Ipsi vero in vanũ quesierunt aiam meã / introibunt in inferiora terre: tradẽtur in manus gladij partes vulpiũ erũt. Rex vero letabitur in deo / laudabuntur oẽs qui iurant in eo: quia obstructũ est os loquentiũ iniqua. Deus misereat

nostri & benedicat nobis: illuminet vultū suū super nos et misereatur nostri. Ut cognoscam⁹ in terra viā tuā: in omnibus gentibus salutare tuū. Confiteātur tibi populi de⁹: confiteantur tibi populi oēs. Letentur & exultent gentes quoniā iudicas populos in equitate: & gentes in terra dirigis. Confiteantur tibi populi deus confiteantur tibi populi oēs: terra dedit fructū suū. Benedicat nos deus de⁹ noster benedicat nos deus: & metuāt eū omnes fines terre. ān.




Antiphona.



Psalmus.

Ego dixi in dimidio dierū meoꝝ: vadā ad portas inferi. Quesiui residuū annoꝝ meoꝝ: dixi nō videbo dn̄z in terra viuētiū. Non aspiciā hoiem vltra: & habitatorem quietis. Generatio mea ablata est & cōuoluta est a me: quasi tabernaculū pastoꝝ. Precisa est velut a texēte vita mea: dū adhuc ordirer succidit me. De mane vsq; ad vesperā finies me/sperabā vsq; ad mane: quasi leo sic cōtriuit oīa ossa mea. De mane vsq; ad vesperā finies me: sicut pull⁹ hirūdinis sic clamabo/meditabor vt colūba. Attenuati sūt oculi mei: suspicientes in excelsū. Dn̄e vim patior responde p me: qd dicā aut quid respōdebit michi/cū ipse fecerim. Recogitabo tibi oēs annos meos: in amaritudine aīme mee. Dn̄e si sic viuitur et in talibus vita spiritus mei/corripies me et viuificabis me: ecce in pace amaritudo mea amarissima. Tu autē eruisti animā meā vt non periret: proiecisti post tergū tuum omnia peccata mea. Quia non infernus

ↄfitebit tibi neqȝ mors laudabit te: nõ expectabũt q̃ descẽdũt in lacũ veritatẽ tuã. Uiuens viuens ipse confitebitur tibi sicut ⁊ ego hodie: pater filijs notam faciet veritatẽ tuaȝ. Domine saluũ me fac: ⁊ psalmos nostros cantabim⁹ cũctis diebus vite nostre in domo domini. Antiphona.



A porta inferi erue domine animam meam. Antiphona.



Omnis spiritus. E.u.o.u.a.e. Psalmus.

Laudate dñm de celis: laudate eũ in excelsis. Laudate eũ omnes angeli eius: laudate eũ omnes virtutes eius. Laudate eũ sol ⁊ luna: laudate eũ oẽs stelle ⁊ lumen. Laudate eũ celi celorũ: ⁊ aque que super celos sunt laudẽt nomẽ dñi. Quia ipse dixit ⁊ facta sunt: ipse mãdauit ⁊ creata sunt. Statuit ea in eternũ ⁊ in seculũ seculi: preceptũ posuit ⁊ non preteribit. Laudate dñm de terra: dracones et oẽs abyssi. Ignis grando nix glacies spũs procellarũ: q̃ faciũt verbũ ei⁹. Montes ⁊ oẽs colles: ligna fructifera et oẽs cedri. Bestie ⁊ vniuersa pecora: serpentes ⁊ volucres pennate. Reges terre ⁊ oẽs populi: principes ⁊ oẽs iudices terre. Iuuenes ⁊ virgines senes cũ iunioribus laudent nomẽ dñi: quia exaltatũ est nomẽ eius soli⁹. Confessio eius super celũ ⁊ terrã: ⁊ exaltauit cornu populi sui. Hymn⁹ oĩbus sãctis eius: filijs israel populo appropinquanti sibi. Cantate domino canticũ nouum: laus eius in ecclesia sanctorum. Letetur israel in eo qui fecit eũ: ⁊ filie sion exultent in rege suo. Laudent nomẽ eius in choro: in tympano ⁊ psalterio psallant ei. Quia beneplacitũ est dño in populo suo: ⁊ ex-

altauit mansuetos in salutē. Exultabunt sancti in gloria letabuntur in cubilibus suis. Exultationes dei in gutture eorum: & gladij ancipites in manibus eorū. Ad faciendā vindictam in nationibus: increpationes in populis. Ad alligandos reges eor in cōpedibus: & nobiles eor in manicis ferreis. Ut faciant in eis iudicium conscriptū: gloria hec est omnibus sanctis eius. Laudate dominum in sanctis eius: laudate eum in firmamento virtutis eius. Laudate eum in virtutibus eius: laudate eū secundum multitudinē magnitudinis ei⁹. Laudate eū in sono tube: laudate eū in psalterio & cithara. Laudate eū in tympano & choro: laudate eū in chordis & organo. Laudate eū in cymbalis bene sonantibus/ laudate eum in cymbalis iubilationis: omnis spiritus laudet dominum. Antiphona.


Omnis spiritus laudet dominum.

V⁹. Requiē eternam dona eis domine. R. Et lux perpetua. Aña.


Ego sum. E u o u a e.

Benedict⁹ dñs de⁹ israel: q2 visitauit & fecit redēptionē plebis sue. Et erexit cornu salutis nobis: i domo dauid pueri sui. Sicut locut⁹ est p os sctōr: q̄ a sclo sunt pphetarū ei⁹. Salutē ex inimicis nostris: & de manu oim qui oderūt nos. Ad faciendā miam cum patribus nostris: & memorari testamēti sui sancti. Iusiurandum qd iurauit ad abrahā patrē nostrum: daturū se nobis. Ut sine timore de manu inimicor nostrorum liberati: seruiamus illi. In sanctitate et iusticia corā ipso: omnib⁹ dieb⁹ nris. Et tu puer ppheta altissimi vocaberis: preibis eīn ante faciem dñi parare vias eius. Ad dandā scientiam salutis plebi eius: in remissionē peccatorū eor. Per viscera mie dei nostri: in quibus visitauit

nos oriens ex alto. Illuminare his qui in tenebris et in umbra mortis sedent: ad dirigendos pedes nostros in viam pacis. An.



Ego sum resurrectio et vita: qui credit in me etiam si mortuus



fue rit vivet: et om nis qui vivit et credit in me non morie-



tur in eternum. Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Deinde dicatur Pater noster. sine pronunciatione Et ne nos. et dicatur iste psalmus sine nota hoc modo.

Exaltabo domine quoniam suscepisti me: nec delectasti inimicos meos super me. Domine deus meus clamavi ad te: et sanasti me. Domine eduxisti ab inferno animam meam: salvasti me a descendentibus in lacum. Psallite domino sancti eius: et confitemini memorie sanctitatis eius. Quoniam ira in indignatione eius: et vita in voluntate eius. Ad vesperum demorabitur fletus: et ad matutinum letitia. Ego autem dixi in abundantia mea: non movebor in eternum. Domine in voluntate tua: prestitisti decori meo virtutem. Avertisti faciem tuam me: et factus sum conturbatus. Ad te domine clamabo: et ad deum meum deprecabor. Que utilitas in sanguine meo: dum descendo in corruptionem. Numquid confitebitur tibi pulvis: aut annunciabit veritatem tuam. Audivit dominus et misertus est mei: dominus factus est adiutor meus. Convertisti planctum meum in gaudium michi: concidisti saccum meum et circumdedisti me letitia. Ut cantet tibi gloria mea

& non cõpungar: dñe deus meus in eternũ confitebor tibi. Quo finito dicat sacerdos loco nec habitu mutato Requiẽ eternã. &c. vts ad vespas cũ or. subscript; scdz ordinẽ & numerũ orationũ que prius dicebant ad vespas: videlicet p corpore presenti oro. Deus cui propriũ. maior/ vt supra ad vesperas. In die anniuersario cuiuscũqz fuerit oratio. Deus cui proprium. maior/ vt supra ad vesperas. Pro trigintali cuiuscunqz fuerit ad laudes tantum. Oratio.

OMnipotens sempiterne deus cui nunq̃ sine spe misericordie supplicatur/ propitiare anime famuli tui vel famule tue: vt q̃ de hac vita in tui nominis confessione decessit/ sanctorum tuorum numero facias aggregari.

¶ Pro episcopis defunctis ad laudes tantum. Oratio.

DEus cuius misericordie non est numerus/ suscipe p animabus famulorũ tuorũ pontificũ sacerdotũ preces nostras: & lucis eis letitieqz regionẽ in sctõr tuor societate concede. ¶ Pro fratrib⁹ & sororib⁹ ad laudes tm̃. Oro.

INclina dñe aurẽ tuã ad p̃ces nostras q̃bus in faz tuã supplices deprecamur: vt animas famulor famularũqz tuar quas de hoc seculo migrare iussisti: in pacis ac lucis regione constituas/ & sanctorum tuorum iubeas esse cõsortes. Per xp̃m dñm nostrũ. ℟. Amẽ. Sequat Orem⁹.

¶ Deinde dr priuati oro p defũctis familiarib⁹: videlz oro.


DEus qui nos patrẽ & matrẽ honorare precepisti: miserere clementer animabus patrũ & matrũ nostrorũ eorũqz omnia peccata dimitte nosqz eos in eterne claritatis gaudio fac videre. vel aliqua alia ad placitũ. quibus expletis sequatur oratio generalis in audientia sub eodem tono

quo orationes priores dicebantur. Oratio.


Animabus quesumus domine omnium fidelium defunctorum oratio proficiat supplicantium: vt eas et a peccatis omnibus exuas: et tue redemptionis facias



esse participes. Qui cum deo patre et spiritu sancto viuis et re



nas deus per omnia secula seculorum. R. Amen. Requiescant in pa



ce. R. Amen.

¶ Sciendum quod in vigilijs mortuorum tam. iij. quam ix. lect. a die aiarum vsque ad. iiij. feriam ante pascha siue corpus presens fuerit siue non: finito vlti. R. non dicatur V. Requiescant in pace. sed statim post vlti. R. sequatur Kyrie el. Christe el. Kyrie el. Pr nr. Exaltabo cum V. et or. eodem modo et ordine sicut in alio tempore anni post laudes dici solent. Laudes vero tunc dicantur post mat. de die et de scta maria: ita quod dicta an. post psal Benedictus. dicatur Kyrie el. Xpe el. Kyrie el. Pr nr. Deinde sine pronunciatione Et ne nos dicatur sine nota sequens Psalmus.

Voce mea ad dominum clamaui: voce mea ad dominum deprecatus sum. Effundo in conspectu eius orationem meam: et tribulationem meam ante ipsum pronuncio. In deficiendo ex me spiritum meum: et tu cognouisti semitas meas. In via hac qua ambulabam: absconderunt superbi laqueum michi. Considerabam ad dexteram et videbam: et non erat qui cognosceret me. Perijt fuga a me: et non est qui requirat animam meam. Clamaui ad te domine/ dixi tu es spes mea: portio mea in terra viuentium. Intende ad deprecationem meam: quia humiliatus sum nimis. Libera me a persequentibus

me: quia confortati sunt super me. Educ de custodia animam meam ad confitendum nomini tuo: me expectant iusti donec retribuas michi. ¶ Quo dicto dicat sacerdos loco nec habitu mutato. ℣. et orationes eodem modo per oīa quo prius dicebantur ad vesperas videlicet ad **Placebo.** ¶ Notandum est vero ꝙ quandocunqꝫ per totum annum missa pro corpore presenti/anniuersario/vel trigintali cuiuscūqꝫ in choro vel in capitulo fuerit celebranda: vbi et missa ibi etiam commendatio animarum statim post primam ante missam capitularē pro defunctis a toto choro cū nota dicatur: incipiente antiphonā aliquo de superiori gradu. Ita tamē ꝙ si in die sepulture deportetur corpus ad ecclesiam: tunc finita oratione **Suscipe dōmīe animā serui tui** vel **ancille tue.** statim sequatur cōmendatio animarū eodē modo et ordine sicut post deportationē corporis ad ecclesiaꝫ supradictū est. Preterea omni die per totā .xl. quādo de feria agitur: statim post primā ante missam capitularem dicatur in choro cōmēdatio animarū: nisi in crastino festoruꝫ dupliciū: et hoc sine nota quando **Dirige.** sine nota precesserit. Et sciendū est ꝙ quandocunqꝫ dicatur cōmendatio animarum: semper dicatur sedendo vsqꝫ ad antiphonā post laudes dicendam. An.



Requiē eternā. E.u.o.u.a.e.

Beati immaculati in via: q̄ ābulant ī lege dn̄i. Bti q̄ scrutātur testimonia ei⁹: ī toto corde exq̄rūt eū. Non eīn qui operātur iniquitatē: in vijs eius ābulauerunt. Tu mandasti: mandata tua custodiri nimis. Utinam dirigantur vie mee: ad custodiendas iustificationes tuas. Tunc non confundar: cum perspexero in omnibus mandatis tuis. Confitebor tibi in directione cordis: in eo qđ didici iudicia iustitie tue. Iustificationes tuas custodiā: nō me derelinquas vsqꝫquaqꝫ. In quo corrigit ado-

lescentior viā suā: in custodiendo sermones tuos. In toto
corde meo exquisiui te: ne repellas me a mādatis tuis. In
corde meo abscōdi eloquia tua: vt non peccē tibi. Benedi-
ctus es dñe: doce me iustificationes tuas. In labijs meis
pronunciaui: omnia iudicia oris tui. In via testimoniorū
tuorū delectatus sum: sicut in oībus diuitijs. In mādatis
tuis exercebor: ⁊ considerabo vias tuas. In iustificationi-
bus tuis meditabor: non obliuiscar sermones tuos. Retri-
bue seruo tuo viuifica me: ⁊ custodiam sermones tuos. Re
uela oculos meos: ⁊ considerabo mirabilia de lege tua. In
cola ego sū in terra: non abscōdas a me mandata tua. Cō
cupiuit anima mea desiderare iustificatiōes tuas: in omni
tēpore Increpasti superbos: maledicti qui declinant a mā
datis tuis. Aufer a me opprobriū ⁊ contēptū: quia testimo
nia tua exquisiui. Etenim sederunt principes et aduersum
me loquebantur: seruus aūt tuus exercebatur in iustifica-
tionibus tuis. Nam ⁊ testimonia tua meditatio mea est: ⁊
consiliū meū iustificationes tue. Adhesit pauimento ani-
ma mea: viuifica me secundū verbū tuū. Vias meas enū
ciaui ⁊ exaudisti me: doce me iustificationes tuas. Viā iu
stificationū tuarū instrue me: ⁊ exercebor in mirabilib⁹ tuis.
Dormitauit anima mea pre tedio: confirma me in verbis
tuis. Viam iniquitatis amoue a me: ⁊ de lege tua misere-
re mei. Viam veritatis elegi: iudicia tua non sū oblitus.
Adhesi testimonijs tuis dñe: noli me confundere. Viam
mandatorū tuorū cucurri: cum dilatasti cor meū.

Legem pone michi dñe viā iustificationū tuarū: ⁊ ex-
quirā eam semper. Da michi intellectum ⁊ scruta-
bor legem tuā: ⁊ custodiā illam in toto corde meo. Deduc
me in semita mandatorū tuorum: quia ipsam volui. In-
clina cor meū in testimonia tua: ⁊ non in auaritiā. Auerte
oculos meos ne videant vanitatē: in via tua viuifica me.

Statue seruo tuo eloquiū tuum: in timore tuo. Amputa opprobriū meū quod suspicatus sum: quia iudicia tua iocū da. Ecce concupiui mandata tua: in equitate tua viuifica me. Et veniat sup me misericordia tua dñe: salutare tuū secundū eloquiū tuū. Et respondebo exprobrantibus mi- chi verbū: quia speraui in sermonibus tuis. Et ne auferas de ore meo verbū veritatis vsqꝫquaqꝫ: quia in iudicijs tuis supersperaui. Et custodiā legē tuam semp: in seculū ⁊ in se culū seculi. Et ambulabā in latitudine: quia mandata tua exquisiui. Et loquebar de testimonijs tuis in conspectu re gū: ⁊ non confundebar. Et meditabar in mandatis tuis: q̄ dilexi. Et leuaui manus meas ad mādata tua que dilexi: ⁊ exercebor in iustificationibus tuis. Memor esto verbi tui seruo tuo: in quo michi spem dedisti. Hec me consolata est in humilitate mea: quia eloquiū tuū viuificauit me. Sup- bi inique agebant vsqꝫquaqꝫ: a lege aūt tua non declinaui. Memor fui iudiciorū tuorū a seculo domine: ⁊ consolatus sum. Defectio tenuit me: pro peccatoribus derelinquenti- bus legē tuā. Cantabiles michi erant iustificationes tue: in loco peregrinationis mee. Memor fui nocte nominis tui dñe: ⁊ custodiui legem tuā. Hec facta est michi: quia iustifi cationes tuas exquisiui. Portio mea dñe: dixi custodire le- gem tuā. Deprecatus sum faciem tuā in toto corde meo: miserere mei secūdū eloquiū tuū. Cogitaui vias meas: et cōuerti pedes meos in testimonia tua. Paratus sum: ⁊ nō sum turbatus: vt custodiā mandata tua. Funes peccato- rū circūplexi sunt me: ⁊ legē tuā non sum oblitus. Media nocte surgebam ad confitendū tibi: super iudicia iustifica- tionis tue. Particeps ego sum omniū timentiū te: et custo- dientiū mādata tua. Misericordia tua dñe plena est terra: iustificationes tuas doce me. Bonitatē fecisti cū seruo tuo dñe: secundū verbū tuū. Bonitatē ⁊ disciplinā ⁊ scientiam

doce me: quia mandatis tuis credidi. Priusq̄ humilia-
rer ego deliqui: propterea eloquiū tuū custodiui. Bon⁹ es
tu: ꝛ in bonitate tua doce me iustificationes tuas. Multi-
plicata est super me iniquitas superboꝝ: ego aūt in toto cor-
de scrutabor mandata tua. Coagulatū est sicut lac cor eo-
rum: ego vero legē tuam meditatus sum. Bonū michi qꝛ
humiliasti me: vt discā iustificationes tuas. Bonū michi
lex oris tui: super milia auri ꝛ argenti. Manus tue fece-
runt me ꝛ plasmauerunt me: da michi intellectū vt discam
mandata tua. Qui timēt te videbunt me ꝛ letabuntur: qꝛ
in verba tua supsperaui. Cognoui dn̄e qꝛ equitas iudicia
tua: ꝛ in veritate tua humiliasti me. Fiat mīa tua vt con-
soletur me: secundū eloquiū tuū seruo tuo. Ueniant michi
miserationes tue et viuam: qꝛ lex tua meditatio mea est.
Confundantur superbi quia iniuste iniquitatē fecerūt in
me: ego aūt exercebor in mandatis tuis. Conuertātur mi-
chi timētes te: ꝛ qui nouerūt testimonia tua. Fiat cor meū
immaculatū in iustificationibus tuis: vt non confundar.

Defecit in salutare tuū anima mea: ꝛ in verbum tuū
superspeiaui. Defecerūt oculi mei in eloquiū tuū:
dicentes quando consolaberis me. Quia factus sum sicut
vter in pruina: iustificationes tuas nō sum oblitus. Quot
sunt dies serui tui: quando facies de persequentibus me iu
dicium. Narrauerunt mihi iniq̄ fabulationes: sed non vt
lex tua. Omnia mandata tua veritas: iniqui persecuti sūt
me adiuua me. Paulo minus consummauerunt me in ter-
ra: ego aūt non dereliqui mandata tua. Secundū mīam
tuam viuifica me: ꝛ custodiā testimonia oris tui. In eter-
nū dn̄e: verbū tuū pmanet in celo. In generatione ꝛ gene-
rationē veritas tua: fundasti terrā ꝛ permanet. Ordina-
tione tua perseuerat dies: qm̄ oīa seruiunt tibi. Nisi qꝛ
lex tua meditatio mea est: tūc forte periissem in humilitate


mea. In eternũ non obliuiscar iustificationes tuas: q2 in ipsis viuificasti me. Tuus sum ego saluũ me fac: qm̃ iustificationes tuas exquisiui. Me expectauerũt peccatores vt perderent me: testimonia tua intellexi. Omnis consummationis vidi finẽ: latũ mandatũ tuũ nimis. Quomodo dilexi legẽ tuã dñe: tota die meditatio mea est. Super inimicos meos prudentẽ me fecisti mãdato tuo: q2 in eternũ mihi est. Sup oẽs docentes me intellexi: q2 testimonia tua meditatio mea est. Super senes intellexi: q2 mandata tua quesiui. Ab omni via mala phibui pedes meos: vt custodiã verba tua. A iudicijs tuis non declinaui: quia tu legẽ posuisti michi. Quam dulcia faucib9 meis eloquia tua: super mel ori meo. A mãdatis tuis intellexi: propterea odiui oẽm viam iniqtatis. Lucerna pedibus meis verbũ tuũ: et lumẽ semitis meis. Iuraui et statui: custodire iudicia iustitie tue. Humiliat9 sum vsquequaq3 dñe: viuifica me secũdũ verbũ tuũ. Volũtaria oris mei beneplacita fac dñe: et iudicia tua doce me. Anima mea in manib9 meis semper: et legẽ tuã non sum oblitus. Posuerunt peccatores laqueũ michi: et de mãdatis tuis non erraui. Hereditate acqsiui testimonia tua in eternũ: q2 exultatio cordis mei sunt. Inclinaui cor meũ ad faciẽdas iustificationes tuas in eternũ: propter retributionẽ. Iniquos odio habui: et legẽ tuã dilexi. Adiutor et susceptor me9 es tu: et in verbũ tuũ supersperaui. Declinate a me maligni: et scrutabor mãdata dei mei. Suscipe me secũdũ eloquiũ tuũ et viuã: et non confundas me ab expectatione mea. Adiuua me et salu9 ero: et meditabor in iustificationib9 tuis semper. Spreuisti oẽs discedentes a iudicijs tuis: q2 iniusta cogitatio eorũ. Preuaricãtes reputaui oẽs peccatores terre: ideo dilexi testimonia tua. Confige timore tuo carnes meas: a iudicijs em̃ tuis timui. Feci iudiciũ et iustitiã: non tradas me calũniantibus me. Suscipe seruũ


tuū in bonū: non calūnientur me supbi. Oculi mei defece-
rūt in salutare tuū: ꝛ in eloquiū iusticie tue. Fac cū seruo
tuo scdꝫ miaꝫ tuā: ꝛ iustificationes tuas doce me. Seruus
tuus sum ego da michi intellectū: vt sciā testionia tua. Tē-
pus faciendi dn̄e: dissipauerūt legē tuā. Ideo dilexi mādā-
ta tua: super aurū ꝛ topazion. Propterea ad omnia man-
data tua dirigebar: omnem viā iniquam odio habui.

Mirabilia testimonia tua dn̄e: ideo scrutata est ea aīa
mea. Declaratio sermonū tuoꝝ illuminat: ꝛ intel-
lectū dat paruulis. Os meū aperui ꝛ attraxi spiritū: quia
mandata tua desiderabā. Aspice in me ꝛ miserere mei: se-
cundū iudiciū diligentiū nomen tuū. Gressus meos dirige
secundū eloquiū tuū: ꝛ non dominetur mei omnis iniusti-
tia. Redime me a calūnijs hominū: vt custodiā mandata
tua. Faciē tuā illumina super seruū tuū: ꝛ doce me iustifi
cationes tuas. Exitus aquaꝝ deduxerūt oculi mei: qꝛ non
custodierūt legē tuā. Iustus es dn̄e: ꝛ rectū iudiciū tuum.
Mandasti iustitiā testimonia tua: ꝛ veritatē tuam nimis.
Tabescere me fecit zelus meus: quia obliti sunt verba tua
inimici mei. Ignitū eloquiū tuū vehemēter: ꝛ seruꝰ tuus
dilexit illud. Adolescentulus sum ego ꝛ contēptus: iustifi
cationes tuas non suꝫ oblitus. Iustitia tua dn̄e iustitia in
eternū: ꝛ lex tua veritas. Tribulatio et angustia inuene-
runt me: mādata tua meditatio mea est. Equitas testimo
nia tua in eternū: intellectū da michi ꝛ viuā. Clamaui in
toto corde exaudi me dn̄e: iustificatiōes tuas requirā. Cla
maui ad te saluū me fac: vt custodiā mandata tua. Preue
ni in maturitate ꝛ clamaui: quia in vba tua supersperaui.
Preuenerūt oculi mei ad te diluculo: vt meditarer eloquia
tua. Vocē meā audi secundū misericordiā tuā dn̄e: ꝛ secū-
dū iudiciū tuū viuifica me. Appropinquauerunt perseqn
tes me iniquitati: a lege autē tua longe facti sunt. Prope

es tu dñe: & omnes vie tue veritas. Initio cognoui de testi monijs tuis: quia in eternū fundasti ea. Vide humilitatē meam & eripe me: quia legē tuā non sum oblitus. Iudica iudiciū meū & redime me: propter eloquiū tuū viuifica me. Longe a peccatorib⁹ salus: quia iustificationes tuas non exquisierunt. Misericordie tue multe domine: secundū iudi cium tuum viuifica me. Multi qui persequuntur me & tri bulāt me: a testimonijs tuis non declinaui. Vidi preuari cantes et tabescebam: quia eloquia tua non custodierunt. Vide quoniā mandata tua dilexi domine: in misericordia tua viuifica me. Principium verborum tuorum veritas: in eternum omnia iudicia iustitie tue. Principes persecuti sunt me gratis: et a verbis tuis formidauit cor meum. Le tabor ego super eloquia tua: sicut qui inuenit spolia multa. Iniquitatem odio habui & abominatus sum: legem au tem tuā dilexi. Septies in die laudem dixi tibi: super iudi cia iustitie tue. Pax multa diligentib⁹ legē tuam: et non est illis scandalum. Expectabam salutare tuū dñe: et manda ta tua dilexi. Custodiuit anima mea testimonia tua: & di lexit ea vehementer. Seruaui mandata tua et testimo nia tua: quia omnes vie mee in conspectu tuo. Appropin quet deprecatio mea in conspectu tuo domine: iuxta eloqui um tuum da michi intellectum. Intret postulatio mea in conspectu tuo: secūdū eloquium tuum eripe me. Eructa bunt labia mea hymnum: cum docueris me iustificatiōes tuas. Pronunciabit lingua mea eloquiū tuū: quia omnia mandata tua equitas. Fiat manus tua vt saluet me: quo niam mandata tua elegi. Concupiui salutare tuum domi ne: & lex tua meditatio mea est. Viuet anima mea & lauda bit te: & iudicia tua adiuuabunt me. Erraui sicut ouis que perijt / quere seruum tuum domine: quia mādata tua non sum oblitus. ¶ Finitis psalmis repetatur Antiphona.

Cōmendatio animarū.





¶ Deinde dicatur Pater noster. & sine pronunciatione Et ne nos inducas. sequatur sine nota iste psalmus.

Domine probasti me & cognouisti me: tu cognouisti sessionem meā & resurrectionē meā. Intellexisti cogitationes meas de longe: semitā meam & funiculū meū inuestigasti. Et oēs vias meas preuidisti: qr non est sermo in lingua mea. Ecce dñe tu cognouisti omnia nouissima & antiqua: tu formasti me & posuisti super me manū tuā. Mirabilis facta est scientia tua ex me: confortata est & non potero ad eam. Quo ibo a spiritu tuo: & quo a facie tua fugiā. Si ascendero in celū tu illic es: si descendero in infernū ades. Si sumpsero pēnas meas diluculo: & habitauero in extremis maris. Etenī illic manus tua deducet me: & tenebit me dextera tua. Et dixi forsitan tenebre conculcabunt me: & nox illuminatio mea in delicijs meis. Quia tenebre non obscurabuntur a te, & nox sicut dies illuminabitur: sicut tenebre eius ita & lumē eius. Quia tu possedisti renes meos: suscepisti me de vtero matris mee. Confitebor tibi qr terribiliter magnificatus es: mirabilia opera tua & anima mea cognoscet nimis. Non est occultatū os meū a te quod fecisti in occulto: & substantia mea in inferioribus terre. Imperfectū meū viderūt oculi tui & in libro tuo oēs scribentur: dies formabunt & nemo in eis. Mihi aūt nimis honorificati sunt amici tui deus: nimis confortatus est principatus co

cū. Dinumerabo eos & super arenā multiplicabuntur: exurrexi & adhuc sum tecū. Si occideris de⁹ pctōres: viri sanguinū declinate a me. Quia dicitis in cogitatiōe: accipiāt in vanitate ciuitates suas. Nonne qui oderunt te domine oderā: & super inimicos tuos tabescebā. Perfecto odio oderam illos: inimici facti sunt mihi. Proba me deus et scito cor meū: interroga me & cognosce semitas meas. Et vide si via iniquitatis in me est: & deduc me in via eterna.

¶ Deinde sine interuallo incipiatur missa pro defunctis sacerdote interim exeunte ad locum sepulchri signandū si corpus presens affuerit / vt supra dictum est. Tamen quandocunq; sigillatim extra conuentum dicitur commendatio animarū: tunc immediate post psalmū Domine probasti me & cognouisti me. sequatur ℣. Requiem eternā dona eis domine. Et lux. A porta inferi. Erue domine. Credo videre. In terra viuentium. Dominus vobiscū. Et cū spiritu tuo. Oremus. Oratio.

Tibi dñe cōmendamus animas famulorum famularumq; tuarum: vt defuncti seculo tibi viuant: et que per fragilitatem mundane conuersationis peccata admiserunt / tu venia misericordissime pietatis absterge. Per christum dominum nostrum.

¶ Nunc dicatur alia commendatio in ecclesia Sarisbu. siue corpus presens fuerit siue non. Ad missam. Officium.

Requiē eter nā dona eis domi ne & lux

perpetua luceat e is. ℣. Te decet hymn⁹ de⁹ i sion



et tibi reddetur votū in hierusalē: exaudi oratione meā ad

Quicūq corp9 adest psens: et i āniuersarijs et trigintalib9: et qn vltimo fit seruitiū mortuorū ante pascha/ et in

te omnis caro veniet. die aiarū tantū: dicatur hic cantus.





y rie e leison. iij. Christe e leison. iij. Ky



rie eleison. ij. Ky rie e leison.

Quotidie ante diez sepulture cuiuscunq fuerit dicat ista or.

DEus cui propriū est misereri semper et parcere/te supplices deprecamur pro anima famuli tui vel famule tue N. quam hodie de hoc seculo migrare iussisti: vt non tradas eā in manus inimici: nec obliuiscaris in finem: sed iubeas illā ab angelis sanctis suscipi: atq ad regionē viuorū perduci: et quia in te sperauit et credidit/sanctorū tuorū mereatur societate letari. Per dominum. In die quinto sepulture cuiuscunq fuerit corpus/dicatur ista oratio.

OMnipotens sempiterne de9 miāz tuā supplices deprecamur: vt aiam famuli tui vel famule tue: cuius corpori debitum sepulture officiū psoluim9: in sinū abrahe patriarche iubeas collocari: vt cū dies agnitionis tue aduenerit/inter sctōs et electos tuos eū vel eā resuscitari precipias. Per dñz. In anniuersarijs de quocūq fuerit dicit ista orō.

DEus indulgētiarū dñe da anime famuli tui vel famule tue cui9 āniuersariū depositiōis diē cmemoram9:

refrigerij sedē / quietē beatitudinē / et luminis claritatē. Per dn̄z. In die tricennali de quocunq fuerit dicitur ista oratio.

Deus cui proprium est misereri semper et parcere / propitiare anime famuli tui vel famule tue: et omnia eius peccata dimitte: vt mortis vinculis absolutus vel absoluta / transire mereatur ad vitam. Per dn̄m. In anniuersa. episcoporum tantum sic pronuncietur. Deus indulgentiarum domine da anime famuli tui pontificis cuius. &c. vt supra. Hoc generaliter notandum est q ad qualibet missam que pro corpore presenti celebratur cuiuscunq fuerit nisi pro rege vel regina vel pro alio magno dn̄o: quinq orationes dicuntur ad missam: quarum prima pro corpore presenti vt supra ad missam: secunda pro episcopis. Oratio.

Deus qui inter apostolicos sacerdotes famulos tuos pontificali fecisti dignitate censeri: presta quesumus vt quorum vicem ad horam gerebant in terris / eorum perpetuo consortio letentur in celis. Secreta.

Offerimus tibi domine oblationem nostre seruitutis: pro animabus famulorum tuorum pontificū vel sacerdotum supplicantes: vt cum presulibus apostolice dignitatis quorum sunt executi officium / mereantur habere sempiterne beatitudinis portionem. Postcommunio.

Proficiat quesumus domine animabus famulorum tuorum pontificum et sacerdotum diuini celebratio mysterij: vt quos in terris positos huius muneris dispensatores esse fecisti / inter electos antistites eos iubeas connumerari. Tertia oratio pro fratribus et sororibus.

Deus venie largitor et humane salutis amator / q̄s clementiam tuam: vt nostrarum congregationū fratres et sorores q ex hoc seculo trāsierūt: beā maria semp virgine itercedēte et beato michaele archāgelo cū oīb⁹ sctis: ad ppetue beatitudinis cōsortiū puenire concedas. Secreta.

DEus cui⁹ mie nõ est numer⁹: suscipe propiti⁹ pces hu militatis nr̃e: ꝛ aiabus fratrũ ꝛ sororũ nostrarũ con gregationũ quib⁹ tui nois dedisti ꝯfessionẽ / per hec sacramẽ ta salutis nostre cũctorũ remissionẽ tribue pctõꝝ. Postcõio.

PResta quesum⁹ omnipotens ꝛ misericors de⁹: vt ani me fratrũ ꝛ sororum nostrarũ congregationum: pro qb⁹ hoc sacrificiũ laudis tue obtulim⁹ maiestati: p hui⁹ ṽtu tẽ sacramẽti a pctis oib⁹ expiate / lucis ppetue te miserãte p cipiãt btitudinẽ. ¶ Quarta õro p parẽtib⁹ ꝛ bñfactorib⁹.

OMnipotens ꝛ misericors deus vnica salus mortaliũ: te supplices exoramus pro animabus famulorum fa mularũq tuarum parentũ ꝛ benefactorum nostrorum: vt interueniente beata dei genitrice maria cum omnibus san ctis: peccatorum eis largire digneris indulgentiã / ꝛ in no uissimo die beate resurrectionis leticiam. Secreta.

SAnctifica q̃s dñe hec fideliũ omniũ vitalia sacramẽ ta: ꝛ presta vt interueniente beata dei genitrice ma ria cũ omnibus sanctis tuis / anime famuloꝝ famularũq tuarũ parentũ ꝛ benefactoꝝ nostrorum: ab omnibus vitijs expiat e pabulo vite reficiantur eterne. Postcommunio.

PUrificet nos q̃s dñe salutare quo pasti sumus sacra mẽtũ: et interueniẽte beata ꝛ gloriosa semperq vir gine dei genitrice maria cuz omnibus sanctis tuis: concede vt hoc ipsuz proficiat animabus famuloꝝ famularũq tua rum parentũ ꝛ benefactoꝝ nostrorũ: ad promerendã tue p pitiationis gratiã / ꝛ percipiendã future resurrectionis glo riam sempiternam. ¶ Quinta oratio generalis.

FIdeliũ deus omniũ conditor et redẽptor aiab⁹ oim fideliũ defunctoꝝ remissionẽ cunctoꝝ tribue peccato rũ: vt indulgentiã quã semper optauerũt / pijs supplicatio nibus consequantur. Qui cũ deo patre ꝛ spiritu sancto vi uis ꝛ regnas de⁹. Per oĩa secula seculorum. Secreta.

HOstias q̄s dn̄e quas tibi pro animab⁹ oim̄ fideliū defunctorū offerim⁹ ppitiat⁹ intēde: vt q̄bus fidei christiane meritū cōtulisti/dones ⁊ premiū. Postcōmunio.

ANimabus quesum⁹ dn̄e omniū fideliū defunctoruz oratio proficiat supplicantiū: vt eas ⁊ a peccatis omnibus exuas: ⁊ tue redemptiōis facias esse participes. Qui cū deo patre ⁊ spiritu sancto viuis ⁊ regnas deus. Per omnia secula seculorum. Amen. ¶ Item et in trigintali cuiuscunq̄ defuncti fuerit: quinq̄ dicuntur orationes quarū prima pro ipso trigintali. Item in omnibus alijs anniuersarijs quinq̄ dicuntur orationes quarū prima pro anniuersarijs: cetere vt supra pro corpore presenti. Quandocunq̄ corpus adest presens et in anniuersarijs episcoporum et in die aiarū tm̄. Lectio ep̄le bti pauli ap̄li. Ad thessalonicēses.

FRatres. Nolum⁹ vos ignorare de dormiētib⁹: vt nō contristemini sicut ⁊ ceteri qui spē nō habēt. Si em̄ credim⁹ q̄ iesus mortu⁹ est ⁊ resurrexit: ita ⁊ de⁹ eos q̄ dormierūt per iesum adducet cū eo. Hoc em̄ vobis dicim⁹ in verbo dn̄i: q2 nos q̄ viuim⁹ qui residui sum⁹/in aduentu dn̄i nō p̄ueniem⁹ eos qui dormierūt. Qm̄ ipse dn̄s in iussu ⁊ in voce archangeli ⁊ in tuba dei descendet de celo: ⁊ mortui qui in christo sunt resurgent primi. Deinde nos qui viuimus qui reliquimur: simul rapiemur cū illis in nubib⁹ obuiā christo in aera: ⁊ sic semper cum domino erimus. Itaq̄ consolamini inuicem: in verbis istis. ¶ In omnibus alijs anniuersarijs ⁊ trigintalib⁹ epistola. Lectio libri machabeorum.

IN dieb⁹ illis. Uir fortissim⁹ iudas: collatiōe fc̄tā duodecim milia drachmas argēti misit hierosolymā offerre ea ibi p p̄ctis mortuoꝝ: iuste ⁊ religiose de resurrectiōe cogitās. Nisi ei eos q̄ ceciderāt resurrecturos sparet: sup̄fluū videret ⁊ vanū orare p mortuis. Sz q2 ꝯsiderabat q̄ hi q̄ cuz pietate dormitionē acceperāt optimā h̄erent repositā gr̄az.

Sancta ergo et salubris est cogitatio pro defunctis exorare: vt a peccatis soluantur. In omnibus alijs missis pro defunctis dicuntur he due epistole alternis vicibus p hebdomadā. ita tamē ꝙ primo dicatur epistola. Audiui vocem. quod per totū annū obseruetur qñ ferialiter dicatur missa.

Epistola. Lectio libri apocalypsis beati iohannis apostoli.

IN diebus illis. Audiui vocē de celo: dicentē mihi. Scribe/beati mortui qui in dño moriuntur. Amodo eñ iā dicit spiritus: vt requiescant a laboribus suis. Opera eñ illorum: sequuntur illos.

Alia epistola ad corinthios.

FRatres. Christ⁹ resurrexit a mortuis primitie dormientium: quoniā quidem per hominē mors/ & per hominem resurectio mortuorum. Et sicut in adam omnes moriuntur: ita et in christo omnes viuificabuntur. Unusquisqꝫ aūt in suo ordine. Per iesuz xp̄z dñm nr̄z. ¶ Sciendū aūt ꝙ istud sequens grad. s. Si ambulē. nūꝙ debet dici pro corpore presenti episcoporum & eorum triginta. & anniuersarijs scdm vsū Sarisbur. ecclesie: tūc eñ dicat a trib⁹ clericis de scda forma habitu nō mutato ad caput defuncti: si corp⁹ adest presens. sin autē ad gradū chori dicat. Gradale.

Si ambu lem in me di o vmbre mortis non time bo mala quoniam tu me cum es do mi ne V⁹.

Uir ga tu a et baculus tu us ip sa me con-solata sunt

In omnibus aliis missis defunctorū dicatur a toto choro istud gradale.

Requiem eternam dona eis domine et lux perpetua luceat eis.

hoc mō finiatur quādo ferialr dicit missa.


℣. Anime eorum in bonis demorentur:



et semen eo rum




here ditet terram. Hoc modo finiat quã do ferialit dr missa.



terram. Qñ corp9 adest p̄sens ꝫ in ãniuer. epoꝝ dicat tract9. Sicut ceruus. a quatuor clericis de superiori gradu habitu nõ mutato ad caput defuncti interim stãtib9 continuo si corpus adest p̄ns: sin autẽ ad grad chori: ita tñ ꝙ oẽs illi. iiij. clerici simul primũ ℣. incipiãt quẽ duo ex pte chori principalis psequantur: et ita alternis vicib9 singli ℣. ab illl. iiij. clicis toti9 tract9 dicãt cho. iterim sedẽte. Ita tñ ꝙ oẽs simul ipm tr terminẽt. Tract9.






Sicut cer uus de si derat ad fontes



aqua rum i ta de si de rat



anima mea ad te de us. ℣.



Siti uit anima me a ad deum vi



uum quā̃do ve niam et appa re bo



ante fa ci em de i mei. Vs.



Fuerunt michi lachꝛyme me e panes



die ac no cte dum di ci tur mi




chi per singulos di es v bi est de



us tuus.

In omnibus alijs missis pꝛo defunctis dicitur a toto choꝛo iste tractus cum cantu sequenti. Tract⁹.



De pꝛofundis clamaui ad te

domi ne domine exau di vo

cem me am. ℣. Fiant aures tu e in

tenden tes in o rati o nem ser

ui tu i. ℣. Si iniqui tates obser ua ueris

do mine domi ne quis sus tine bit. ℣. Quia

apud te propitia ti o est et propter legem tu am

susti nu i te do

mine.

¶ Et dicatur iste tractus cũ cãtu prenotato choro interim sedente quandocunque dicatur: nisi in die animarũ tantum: tunc eñi dicatur cuz eodẽ cantu quo in dñica septuagesime a quatuor clericis de superiori gradu habitu nõ mutato ad

gradu chori supradicto modo. Ite in anniuersarijs episcoporu & decanorum: & quandocunq corpus adest presens postq executor officij i inceptione misse altare thurificauerit: diaconus cu thuribulo circueundo tumba vel corpus illud incenset: sed ex vtraq parte videlicet incipiendo a capite. Similiter fiat ante euangeliu du tractus canitur incensato pri⁹ altari: & tertio postq sacerdos sacrificiu ante lotionem loco suo deposuerit/thurificet ide diaconus sicut pri⁹. Nunq aute thurificetur corpus ad **Placebo.** vel ad **Dirige.** secundu vsum Sarisbu. sed semp ad missam tantu. ¶ In dominicis diebus et in secundis ferijs: et etiam pro corpore presenti: & in anniuersarijs et trigintalibus: et in die animaru tantu dicatur hoc euangelium. Secundum Johannem.

In illo tempore. Dixit martha ad iesum. Dne si fuisses hic: frater meus non fuisset mortuus. Sed & nunc scio quia quecunq poposceris a deo: dabit tibi deus. Dicit illi iesus. Resurget frater tuus. Dicit ei martha. Scio quia resurget in resurrectione: i nouissimo die. Dicit ei ies⁹. Ego sum resurrectio & vita. Qui credit in me: etia si mortu⁹ fuerit viuet. Et ois q viuit & credit in me: non morietur in eternu. Credis hoc? Ait illi. Utiq dne. Ego credidi quia tu es christus filius dei: qui in hunc mundum venisti.

¶ Feria tercia Euangelium. Secundum Johannem.

In illo tempore. Dixit iesus discipulis suis: & principibus iudeorum. Omne quod dat mihi pater ad me veniet: & eum qui venit ad me non eijcia foras. Quia descendi de celo / no vt faciam voluntatem mea: sed voluntatem ei⁹ qui misit me. Hec est aut voluntas eius qui misit me patris: vt omne quod dedit michi non perdam ex eo: sed resuscitem illud in nouissimo die. Hec est autem voluntas patris mei qui misit me: vt omnis qui videt filium et credit in eu / habeat vitam eternam. Et ego resuscitabo eum: in nouissimo

die. ¶Feria. iiij. Euangelium. Secundum Johānem.

IN illo tpe. Dixit iesus discipulis suis. Amen amē dico vobis: quia qui vbū meū audit/ et credit ei q̄ misit me: habet vitam eternā. Et in iudiciū non veniet: sed transiet a morte in vitā. Amē amē dico vobis: quia venit hora et nunc est quando mortui audiēt vocē filij dei: et qui audierint viuent. Sicut pater habet vitā in semetipso: sic dedit et filio vitā habere in semetipso. Et potestatez dedit ei iudicium facere: quia filius hominis est. Nolite mirari hoc: quia venit hora in qua oēs qui in monumētis sunt/ audiēt vocē filij dei. Et pͦcedent qui bona fecerunt: in resurrectionē vite. Qui vero mala egerunt: in resurrectionem iudicij.


¶Feria. v. Euangelium. Secundum Johannem.


IN illo tempore. Dixit iesus discipulis suis: et turbis iudeorum. Sicut pater suscitat mortuos et viuificat: sic et filius quos vult viuificat. Neq3 eni pater iudicat queq: sed iudiciū omne dedit filio. Ut omnes honorificent filiuz: sicut honorificant patrem. Qui non honorificat filium: nō honorificat patrem qui misit illum. Amē amē dico vobis: quia qui verbū meū audit/ et credit ei qui misit me: habet vitā eternā. Et in iudiciū non veniet: sed transiet a morte in vitam. ¶Feria sexta. Euangelium. Secundū Johannē.


IN illo tempore. Dixit ies9 discipulis suis: et turbis iudeorum. Ego sum panis viuus: qui de celo descendi. Si quis manducauerit ex hoc pane: viuet in eternū. Et panis quem ego dabo: caro mea est pro mundi vita. Litigabant ergo iudei ad inuicē dicentes. Quomodo potest hic carnem suā nobis dare ad manducandū? Dixit ergo eis iesus. Amē amen dico vobis: nisi manducaueritis carnē filij hominis/ et biberitis eius sanguinē: nō habebitis vitā in vobis. Qui manducat meā carnē/ et bibit meū sanguinē: habet vitam eternam. Et ego resuscitabo eum: in nouissimo die.


¶ Sabbato. Euangelium. Secundum Johannem.

IN illo tempore. Dixit iesus discipulis suis: et turbis iudeorum. Amen amen dico vobis: nisi manducaueritis carnem filij hominis/ et biberitis eius sanguinē: non habebitis vitam in vobis. Qui manducat meam carnem: et bibit meum sanguinem: habet vitam eternam. Et ego resuscitabo eū in nouissimo die. ¶ Hoc seqns offertoriū dicatur in oībus missis pro defunctis nisi in die aīarū tm̄. Offer.













Missa p defunctis.

Hoc sequens offertoriũ dicatur ĩn die animaruz tantum. Offer.

mi ni e ius.

O pie deus qui primũ ho minẽ ad eternã glo riam re uoca sti pastor bo ne qui ouẽ perdi tã pio humero ad ouile reporta sti iuste iu dex dñi veneris iudica re libera de morte ani mas eo rũ quas redemi sti ne tradas bestijs a nimas cõfitẽtes ti bi ne dere linquas e as in fi nẽ.

Post ablutionẽ manuuz iũctis manib9 ĩ medio alta. īcipiat sac.

Hostias et pces tibi dñe

Chorus respondeat hoc

offerimus. modo. Tu suscipe pro animabus il lis

quarũ hodie memoriã agimus: fac eas domine de morte

transire ad vitam.

Et interim dicat sacerdos. In spũ humilitatis. priuatim more solito: Deinde dicat. Orate fratres. chorus respondeat cantando ℟.

Requiem eternã dona eis domine et lux perpetua lu ce

at eis. Quã olim abrahe promi sisti & se mini e ius.

¶ Notandum est q̃ quicunq̃ corpus adest presens: & in oĩbꝰ anniuersa. & trigin. dr̃ Hostias & preces. cũ ℟ Requiẽ eternam. & Quã olim. & in die animarũ nõ dicitur ¶ Quotidie ante diem sepulture cuiuscunq̃ fuerit dicatur ista secreta.

Suscipe q̃s misericors pater oblationẽ quã tibi offerimus pro anima famuli tui vel famule tue N. quam hodie de carnali corruptione liberasti: & concede vt ab oĩbꝰ humane conditionis excessibus his remedijs expietur: & in requie sempiterna diẽ resurrectionis prestoletur. Per dñm.

¶ In die sepulture cuiuscunq̃ fuerit secreta.

Suscipe dñe pro aĩa famuli tui vel famule tue hostiã quam deo patri benignẽ obtulisti pro nobis: et quia

causa hominū descendisti de celis: te redeunte sanctorū tuorū mereat adiungi cōsortijs. Per te saluator mundi. Qui cum. &c. In anniuersa. de quocunq̄ fuerit d̄r ista Secreta.

PRopitiare quesumus dn̄e supplicationibus nostris pro anima famuli tui vel famule tue: cuius hodie annua dies agitur/ pro qua tibi offerim⁹ hoc sacrificiū laudis: vt eā sanctorū tuorum consortio sociare digneris. Per dn̄m.

In die tricennali de quocunq̄ fuerit. Secreta.

INtuere quesumus omnipotens deus: et placat⁹ suscipere dignare hoc sacrificium quod tibi offerimus pro anima famuli tui vel famule tue: & concede illi pacem perpetuam et requiem sempiternam. Per dominum nostrum.

Prefatio quotidiana. Quādo corpus adest presens & in omnibus anniuer. & trigin. & quando vltimo fit seruitium mortuorū ante pascha & in die animarū: dicatur hic cantus.




Anctus. Sanct⁹. Sanct⁹. Dn̄s de⁹ sabaoth



Pleni sunt celi et terra glo ri a tu a o sanna



in excelsis. Benedictus qui ve nit in nomine do mini

o sanna in excelsis.

Quando corpus adest p̄sens & in oībus anniuersa. & trigint. & qn̄ vltimo fit seruitium mortuorū ante pascha & in die animarū: dicatur his cantus.




Gnus de i qui tollis peccata mundi dona e is requiem. Agnus de i qui tollis peccata mundi dona eis requiem. Agnus de i qui tollis peccata mundi dona e is re quiem sempiternam.

¶ In omnibus missis pro corpore presenti et in anniuer. et tringin. et quando ultimo fit seruitium mortuorū ante pascha et in die animarum: dicatur hec sequens communio.


Pro quorū memoria corpus christi sumit dona eis domine requiē sēpiternā. Et lux ppetua luceat eis. Pro quor me moria sanguis xpi sumit dona eis domie requiē sēpiternā.

In omnib9 aliis missis pro defunctis dicat hec seqns coio.


Missa p defunctis.



Lux eterna luceat eis domine cum sanctis tuis in eter-



num quia pius es. Et dr cum V. sic. Requiem eternā



dona eis dñe: et lux perpetua luceat eis. cum repetitione.



cum sanctis tuis in eternum quia pius es.

¶ Quotidie ante diē sepulture dicitur ista postcōmunio.


Presta q̄s oīpotens deus: vt aīam famuli tui vel famule tue ab angelis lucis susceptā: in preparata habitacula deduci facias beatorum. Per dñm. In die sepulture cuiuscunq; fuerit dicatur ista postcommunio.

Presta q̄s dñe vt aīa famuli tui vel famule tue cui hodie officia humanitatis exhibem⁹: his sacrificijs expiata saluatiōis tue ppetuo munere gratulet. Per do. In anniuersario de quocūq; fuerit dicat hec sequens postcōia.

Presta q̄sumus dñe: vt anima famuli tui vel famule tue cuius anniuersariū depositionis diē recolimus/ his purgata sacrificijs indulgentiam pariter et requiem capiat sempiternam. Per dominum. In die trigintali de quocunq; fuerit dicatur hec postcommunio.

Prosit quesum⁹ dñe aīe famuli tui vel famule tue: diuini celebratio sacramenti: vt eius in quo sperauit et

creddidit/eternū capiat te miserante consortium. Per dnm.
Post missam accedat sacerdos ad caput defuncti alba indutus absq; cappa serica: et duo clerici de secunda forma ad caput defuncti stantes incipiant tribus vicibus añ. sequentē quā chor⁹ singulis vicib⁹ totā psequatur vsq; in finē. Añ.



Circundederunt me gemitus mortis dolores inferni



circundederunt me. quatur. Kyrie eleison.



Christe eleison. Kyrie eleison.
Non dicatur Pater noster. nec Dñs vobiscū. neq; Oremus. sed tm̄ oro. modesta voce videlicet sine nota.

Non intres in iudicium cū seruo tuo vel seruula tua dñe: quoniam nullus apud te iustificabitur homo nisi ei p te omniū pctōꝝ tribuatur remissio. Nō ergo eū vel eam tua q̄s iudicialis sententia premat/ quem vel quā tibi vera supplicatio fidei christiane commēdat: sed gratia tua illi succurrente mereatur euadere iudicium vltionis: q̄ vel que dum viueret insignitus vel insignita est signaculo sancte trinitatis. In qua viuis et reg. Eodem modo dicuntur omnes orationes sequentes. Deinde incipiat cantor R̄m.



Qui lazarum resuscitasti a monumento

Inhumatio defuncti.

feti dum. Tu eis domi ne dona re qui em et

lo cum indul genti e. ℟ Qui venturus es

iudicare viuos & mortu os et secu lum per

ig nem. Tu eis.

Et percātetur a choro cū suo ℟. & interim sacerdos cū suo thuribulo circūeundo corpus/ illud incenset. Similiter fiat in ℟ijs sequentibus. deinde dicit

Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison.

sine Pater noster. et sine Dominus vobiscum. sed tantum cum Oremus Oratio.

Deus cui omnia viuūt/ cui non pereunt moriēdo corpora nostra sed mutantur in melius: te supplices deprecamur vt quicquid famul⁹ tuus vel famula tua vitiorū tue voluntati contrariū fallente diabolo et propria iniquitate atq; fragilitate contraxit: tu pius & misericors abluas indulgendo/ eiusq; animā suscipi iubeas per manus sctōrū angelorū tuorū deducendam in sinū patriarcharum tuorū abrahe scilicet amici tui: & isaac electi tui: atq; iacob dilecti tui: in quo aufugit dolor & tristitia atq; suspiriu m: fideliuz quoq; anime felici iocūditate letātur. Et in nouissimo ma-


gni iudicij die inter sanctos et electos tuos eam facias perpetue glorie tue percipere portionem: quã ocul⁹ non vidit: nec auris audiuit: ⁊ in cor hominis non ascendit que preparasti diligentibus te. Per christum dñz nostrũ. Responsoriũ.



Heu michi domine quia pecca ui nimis in vita mea:




quid faciã mi ser, v bi fu giam nisi ad te deus me




us, mise re re me ℣. Dum vene ris



in nouissimo di e. ℟. Anima mea turba-




ta est val de sed tu domine suc curre



e ℣. Dum ve.

¶ Et percantetur a choro cum suo versu: ⁊ interim incensetur corpus vt supra. Deinde sequatur.



Kyri eleison. Christe eleison. Kyrie eleison.

Inhumatio defuncti.

sine Pater noster. et sine Dominus vobiscum. sed tantum cum Oremus. Oratio.


Fac quesumus dñe hanc cū seruulo tuo defuncto vel seruula tua defuncta misericordiam: vt factorū suorum in penis non recipiat vicem: qui vel que tuam in votis tenuit voluntatem: & qz hic illum vel illam vera fides iunxit fideliū turmis/ illic euz vel eam tua miseratio societ angelicis choris. Per christum. Deinde incipiat cantor R̃m.



Libera me do mine de morte eter na in




die illa tremen da quando celi mo uen-



di sunt et terra. Dum ve neris iudi-



ca re se culum per ignem. V̄s.




Dies illa dies i re calamitatis et mi se ri e dies



magna et amara val de.

Et percantetur a choro cū vno versu tantum. scilz Dies illa.

vt supra. & interi incẽsetur corpus a sacerdote semel circũeũdo & postea aspergatur aqua benedicta: deinde sequatur




Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison.

Deinde roget sacerdos circũstantes orare pro anima defuncti dicens **Pro aĩa N. & pro animabus oĩm fideliũ defunctorꝝ. Pat nr. Et ne nos idu. Sed libera nos a malo. Nõ intres in iudiciũ cũ seruo tuo** vel **seruula tua dñe. Quia nõ iustificabitur in conspectu tuo oĩs viuens. A porta inferi. Erue dñe aĩas eorũ. Credo videre bona domini. In terra viuentium. Dñe exaudi. Dominus vobiscum. Oremus.**

INclina dñe aurẽ tuã ad preces nostras quibus miam tuã supplices deprecamur: vt aĩam famuli tui vel **famule tue quã de hoc seculo migrare iussisti / ĩ pacis ac lucis regione cõstituas: & sctõꝝ tuoꝝ iubeas esse ꝯsortẽ. Per xp̃m.**


Hic deportetur corpꝰ ad sepulchrum cantore incipiente Añ.



In paradisum. E.u.o.u.a.e. Psalmus.

IN exitu israel de egypto: domus iacob de populo barbaro. Facta est iudea sanctificatio eius: israel potestas eius. Mare vidit & fugit: iordanis conuersus est retrorsum. Montes exultauerũt vt arietes: & colles sicut agni ouiũ. Quid est tibi mare ꝙ fugisti: & tu iordanis qꝛ conuersus es retrorsũ? Montes exultastis sicut arietes: & colles sicut agni ouium. A facie dñi mota est terra: a facie dei iacob. Qui conuertit petrã in stagna aquaꝝ: & rupem in fontes aquarũ. Non nobis dñe non nobis: sed nomini tuo da gloriã. Super mĩa tua & veritate tua: nequando dicãt gẽtes vbi est deꝰ eoꝝ. Deus aũt noster in celo: omnia quecũqꝫ

voluit fecit. Simulachra gẽtiũ argentũ & aurũ: opera manuũ hominũ. Os habent & non loquẽtur: oculos habent & non videbunt. Aures habent & non audient: nares habẽt & non odorabunt. Manus habent & non palpabunt/pedes habent & non ambulabunt: non clamabunt in gutture suo. Similes illis fiant qui faciunt ea: & oẽs qui confidunt in eis. Domus israel sperauit in dño: adiutor eorum & protector eorũ est. Domus aaron sperauit in dño: adiutor eorum & protector eorũ est. Qui timẽt dñm sperauerũt in dño: adiutor eorũ & protector eorum est. Dominus memor fuit nostri: & benedixit nobis. Benedixit domui israel: benedixit domui aaron. Benedixit omnibus qui timent dñm: pusillis cũ maioribus. Adijciat dominus super vos: super vos & super filios vestros. Benedicti vos a dño: qui fecit celũ & terrã. Celũ celi domino: terram aũt dedit filijs hominũ. Non mortui laudabunt te domine: neq; omnes qui descendunt in infernum. Sed nos qui viuimus benedicimus domino: ex hoc nunc & vsq; in seculum. ¶ Alius psalmus si tãtũ restat iter sc. Ad te dñe leuaui animam meã. Finito psalmo vel psalmis dicatur iste versus.



℟. equiem eternam dona eis domine: et lux perpetua lu-




Deinde repetatur antiphona.

ceat eis. I n paradisum deducant te angeli:



in suum conuentum suscipiant te martyres & perducãt te



Quib⁹ dictis dicat sacerdos sine Domin⁹ vobiscum. sed tantum cū Oremus. humili voce.

PIe recordationis affectu fratres charissimi cōmemorationē faciam⁹ chari nostri vel chare nr̄e quē vel quā dn̄s nr̄ de tētationibus huius seculi assumpsit. Obsecrem⁹ miaz dei nostri: vt ipse ei retribuere dignetur placitā ꝛ quietam mansionē: ꝛ remittat ei oēs lubrice temeritatis offensas: vt concessa sibi venia plene indulgētie quicquid in hoc seculo proprio vel alieno reatu deliquit/totum ineffabili pietate ac benignitate sua deleat et abstergat. Per christum.

Alia oratio cum Oremus. Oratio.

TE domine sancte pater omnipotens eterne de⁹ supplicit er deprecamur pro spiritu fratris nostri vel sororis nr̄e: quē vel quā a voraginib⁹ hui⁹ seculi accersiri iussisti: vt digneris dn̄e dare ei lucidū locū refrigerij et quietis. Liceat ei trāsire portas iferorꝫ ꝛ penas tenebrarꝫ: maneatq; in mansionib⁹ sanctorꝫ: ꝛ in luce sctā quā olim abrahe pmisisti ꝛ semini eius. Nullā lesionē sentiat spirit⁹ eius: sed cū magn⁹ ille dies resurrectionis aduenerit/resuscitare eū vel eā digneris vna cū sctis ꝛ electis tuis: deleasq; ei⁹ oia delicta atq; peccata vsq; ad nouissimū quadrātē: tecūq; immortalitatis tue vitam ꝛ regnū consequatur eternū. Per xp̄m dn̄m nostrum.

Finitis orationib⁹ aperiatur sepulchrum cantore incipiente Añam.



Psalmus.

COnfitemini dn̄o quoniā bon⁹: quoniā in seculū misericordia eius. Dicat nūc israel quoniā bonus: quoniam in seculū misericordia eius. Dicat nūc dom⁹ aaron: quoniā in seculū mia eius. Dicant nunc q̄ timent dn̄m: q̄m

in seculū mīa eius. De tribulatione inuocaui dn̄m: ꝛ exau
diuit me in latitudine dn̄s. Dn̄s michi adiutoꝛ: nō timebo
quid faciat michi homo. Dn̄s michi adiutoꝛ: ꝛ ego despi-
ciam inimicos meos. Bonū est confidere in dn̄o: q̄ꝫ confide
re in homine. Bonū est sperare in dn̄o: q̄ꝫ sperare in pꝛinci-
pibus. Omnes gētes circuierūt me: ꝛ in noīe dn̄i quia vltꝰ
sum in eos. Circundantes circūdederunt me: ꝛ in noīe dn̄i
qꝛ vltus sum in eos. Circundederūt me sicut apes ꝛ exarse
runt sicut ignis in spinis: ꝛ in noīe dn̄i qꝛ vltus sum in eos.
Impulsus euersus sum vt caderē: ꝛ dn̄s suscepit me. Foꝛ
titudo mea ꝛ laus mea dn̄s: ꝛ factꝰ est michi in salutē. Vox
exultatiōis ꝛ salutis: ī tabernaculis iustoꝛū. Dextera dn̄i
fecit virtutē dextera dn̄i exaltauit me: dextera dn̄i fecit v̄tu
tē. Nō moꝛiar sed viuā: ꝛ narrabo opera dn̄i. Castigans
castigauit me dn̄s: ꝛ moꝛti nō tradidit me. Aperite michi
poꝛtas iustitie ꝛ ingressus in eas confiteboꝛ dn̄o: hec poꝛta
dn̄i iusti intrabunt in eā. Confiteboꝛ tibi dn̄e qm̄ exaudisti
me: ꝛ factus es michi in salutem. Lapidē quē repꝛobaue-
runt edificantes: hic factus est in caput anguli. A dn̄o fa-
ctum est istud: ꝛ est mirabile in oculis nostris. Hec est dies
quā fecit dn̄s: exultemꝰ ꝛ letemur ī ea. O dn̄e saluū me fac o
dn̄e bene pꝛosperare: bn̄dictꝰ q̄ venit in noīe dn̄i. Bn̄diximꝰ
vobis de domo dn̄i: deus dn̄s et illuxit nobis. Constituite
diem solēnem in condensis: vsqꝫ ad coꝛnu altaris. Deus
meus es tu ꝛ confiteboꝛ tibi: deus meus es tu ꝛ exaltabo te.
Confiteboꝛ tibi dn̄e qm̄ exaudisti me: ꝛ factus es michi in
salutē. Confitemini dn̄o quoniā bonus: qm̄ in seculū mise
ricoꝛdia eius. ¶ Finito psalmo tota dicatur Antiphona.



Aperite michi poꝛtas iustitie et ingressus in eas cōfiteboꝛ



domino hec porta domini iusti intrabunt in eam.

Qua dicta dicat sacerdos Oremus. Oratio.

Obsecramus miam tuā op̄s eterne deus q̄ hominē ad imaginē tuā creare dignat⁹ es: vt aiaz famuli tui vel famule tue N. quam hodierna die rebus humanis eximi & ad te accersiri iussisti/blande & misericorditer suscipias. Nō ei dominentur vmbre mortis: nec tegat eū vel eam chaos & caligo tenebraꝝ: sed exutus vel exuta oīm criminuz labe in sinu abrahe colocatus vel collocata: locū refrigerij se adeptū vel adeptam esse gaudeat: vt cum dies iudicij aduenerit/cum sanctis & electis tuis eum vel eam resuscitari iubeas. Per christū dominū nr̄m. Alia oratio cum Oremus.

Deus qui iustis supplicationibus semp presto es: qui pia vota dignaris intueri: da famulo tuo vel famule tue N. cuius depositioni hodie officia humanitatis exhibem⁹: cū sctis atq; fidelibus tuis beati muneris portionem. Per xp̄z. Deīde dicat bn̄dictio sepulchri sine Orem⁹. hoc mō.

Rogamus te domine sancte pater omnipotens eterne deus: vt bene ✠ dicere et sanctificare digneris hoc sepulchrū & corpus in eū collocandū: vt sit remediū salutare in eo q̄escenti & redēptio anime eius atq; tutela & muninen contra seua iacula inimici. Per xp̄m. Alia bn̄dictio tumuli.

Adiutoriū nostrū in nomine dn̄i. Qui fecit celū & terram.

Benedic dn̄e locū sepulchri hui⁹ sicut bn̄dixisti sepulchra abrahe isaac & iacob. ℣. Ostende nobis dn̄e misericordiā tuā. ℟. Et salutare tuum da nobis. Oratio.

Deus qui fundasti terram & formasti celos: qui oīa siderib⁹ instituta finxisti: qui captum laqueis mortis hominē lauachri ablutione reparas: qui sepultos abraham

isaac et iacob in speluñca duplici in libro vite ac totius glorie principes adnotasti benedicendos: ita bene✠dicere digneris hunc famulũ tuũ vel ancillã tuã: vt eũ vel eam requiescere facias: et in sinu abrahe collocare digneris: qui dñz nostrũ iesum christũ filiũ tuũ: deuictis laqueis inferorũ resurgere in se credẽtiũ suorũ mẽbra resuscitare iussisti. Qui vẽturus est iudicare viuos et mortuos et seculũ per ignẽ. Oratio.

Respice dñe sup hãc fabricã sepulture: et descẽdat in eã spiritus tuus: vt te iubente sit ei ĩ hoc loco quieta dormitio / et tẽpore iudicij cũ omnibus sanctis sit vera resurrectio. Te prestante domino nostro qui in trinitate perfecta viuis et regnas per cũcta secula seculorũ. Amen. Hic aspergatur aqua benedicta super sepulchrum / et incensetur sepulchrũ. Finitis orationibus ponatur corpus in sepulchro cãtore icipiẽte ãn. Ingrediar. E.u.o.u.a.e. Psalmus.

Quemadmodũ desiderat ceruus ad fontes aquaruz: ita desiderat anima mea ad te deus. Sitiuit anima mea ad deũ fontẽ viuũ: qñ veniã et apparebo ante faciẽ dei. Fuerunt michi lachryme mee panes die ac nocte: dũ dicit michi quotidie vbi est deus tuus. Hec recordat⁹ sum et effudi in me aĩam meã: qm̃ transibo in locũ tabernaculi admirabilis vsqz ad domũ dei. In voce exultationis et cõfessionis: sonus epulantis. Quare tristis es anima mea: et quare conturbas me. Spera in deo qm̃ adhuc confitebor illi: salutare vultus mei et deus meus. Ad meipsum aĩa mea cõturbata est: ppterea memor ero tui de terra iordanis et hermonij a monte modico. Abyssus abyssum inuocat: in voce cataractaruz tuarũ. Omnia excelsa tua et fluct⁹ tui: sup me transierunt. In die mãdauit dñs miam suã: et nocte cãticũ ei⁹. Apud me oratio deo vite mee: dicã deo susceptor

me⁹ es. Quare oblitus es mei ꝫ quare ɔtristat⁹ incedo: dū affligit me inimic⁹? Dū ɔfringūtur ossa mea: exprobrauerunt michi q̄ tribulāt me inimici mei. Dū dicunt mihi per singulos dies: vbi est deus tu⁹. Quare tristis es aīa mea: ꝫ quare ɔturbas me? Spa in deo qm̄ adhuc ɔfitebor illi: salutare vult⁹ mei ꝫ de⁹ me⁹. ¶ Dicto psalmo repetatur Aña.



Ingrediar i locū tabernacli admirabilꝭ vsqꝫ ad domū dei.

¶ Qua dicta dicat sacerdos orationem hoc modo.

OReinus fratres charissimi pro spiritu chari nostri vel chare nostre N. quē dn̄s de laqueo hui⁹ seculi liberare dignatus est: cuius corpusculum hodie sepulture tradit: vt eum vel eam pietas dn̄i in sinu abrahe collocare dignetur: vt cū magni iudicij dies aduenerit / inter sanctos et electos tuos eum vel eam in parte dextera collocandū vel collocandam resuscitari faciat. Qui tecum viuit ꝫ regnat de⁹ Per omnia secula. Alia oratio cum Oremus. Oratio.

DEus qui humanarum animaꝝ eternus amator es: aīam famuli tui vel famule tue N. quam vera dum in corpore maneret tenuit fides / ab omni cruciatu inferorū redde extorrē: vt segregata ab infernalibus claustris sanctorum tuorum mereatur adunari consortijs. Per christū.

¶ Finitis orationibus claudatur sepulchrū ponente prius sacerdote absolu. super pectus defuncti sic dicendo.

DOminus iesus xp̄s qui beato petro apostolo suo ceterisqꝫ discipulis suis licentiam dedit ligādi atqꝫ soluēdi: ipse te N. absoluat ab omni vinculo delictorū: ꝫ inquātū mee fragilitati permittitur: precor sis absolutus vel absoluta ante tribunal eiusdē dn̄i nostri iesu christi: habeasqꝫ vitam eternam ꝫ viuas in secula seculorum. Amen.

Hic aspergatur tumulus aqua benedicta: et incensetur cantore incipiente Antiphonā.



Hec requies mea. E.u.o.u.a.e. ps̄.

Memento dn̄e dauid: et omnis mansuetudinis eius. Sicut iurauit domino: votum vouit deo iacob. Si introiero in tabernaculū domus mee: si ascendero in lectuꝫ strati mei. Si dedero somnū oculis meis: ⁊ palpebris meis dormitationem. Et requiem temporibus meis donec inueniā locū dn̄o: tabernaculū deo iacob. Ecce audiuimꝰ eā in effrata: inuenimus eaꝫ in cāpis silue. Introibimus in tabernaculū eius: adorabimꝰ in loco vbi steterunt pedes eius. Surge dn̄e in requiē tuam: tu ⁊ arca sanctificationis tue. Sacerdotes tui induantur iustitiam: ⁊ sancti tui exultent. Propter dauid seruū tuuꝫ: non auertas faciem christi tui. Iurauit dn̄s veritatē ⁊ non frustrabitur eū: de fructu ventris tui ponā super sedē tuaꝫ. Si custodierint filij tui testamentū meū: ⁊ testimonia mea hec que docebo eos. Et filij eorū vsqꝫ in seculū: sedebunt super sedē tuā. Quoniā elegit dn̄s sion: elegit eā in habitationē sibi. Hec requies mea in seculū seculi: hic habitabo qm̄ elegi eā. Viduā eius benedicens benedicā: pauperes eius saturabo panibus. Sacerdotes eiꝰ induā salutari: ⁊ sancti eius exultatione exultabunt. Illuc producā cornu dauid: paraui lucernā christo meo. Inimicos eius induā confusione: super ipsum aūt efflorebit sanctificatio mea. Finito psal. dicat̄ Antiphona.




Hec reqes mea in seculū seculi hic habitabo qm̄ elegi eā.

¶ Qua dicta dicat sacerd orōnē cū Oremꝰ. Oratio.

Deus apud quem spiritus mortuorū viuūt / ⁊ in quo

electorū aie deposito carnis onere plena felicitate letantur/ presta supplicantibus nobis vt anima famuli tui vel famule tue N. que tempora li p corp⁹ visionis huius luminis caruit visu/ eterne illius lucis solatio potiatur. Non eam tormentū mortis attingat: nec dolor horrende visiōis afficiat. Non penalis timor excruciet / nō reor pessima catena constringat: sed cōcessa sibi venia omniū delictorū/ optate quietis consequatur gaudia repromissa. Per christum dominū nostrum. Amen. ¶ Alia oratio cum Oremus. Oratio.

TU dñe deus oṗs precibus nostris aurez tue pietatis accommodare digneris: tu miseris opē feras: ⁊ misericordiā largiaris: ⁊ spiritū famuli tui vel famule tue N. vinculis corporalibus liberatū in pace sanctorū tuorum recipias: vt locū penalē et gehenne ignē in regionē viuentiuz trāslatus euadat. Per xp̄m. ¶ Finitis orōnib⁹ executor officij terrā sup corp⁹ ad modū crucis ponat: ⁊ corpus thurificet ⁊ aqua benedicta aspgat: ⁊ dum sequens psalmus canitur corpus omnino cooperiatur cantore incipiente āā.



De terra plasmasti me. E.u.o.u.a.e. Psalmus.

DOmine probasti me et cognouisti me: tu cognouisti sessionē meā ⁊ resurrectionē meā. Intellexisti cogitationes meas de longe: semitā meam ⁊ funiculū meū inuestigasti. Et omnes vias meas preuidisti: quia non est sermo in lingua mea. Ecce dñe tu cognouisti omnia nouissima ⁊ antiqua: tu formasti me et posuisti super me manum tuā. Mirabilis facta est scientia tua ex me: confortata est ⁊ non potero ad eā. Quo ibo a spiritu tuo: ⁊ quo a facie tua fugiā: Si ascendero in celū tu illic es: si descēdero in infernū ades. Si sumpsero pēnas meas diluculo: ⁊ habitauero

in extremis maris. Etenim illic manus tua deducet me: & tenebit me dextera tua. Et dixi forsitan tenebre cōculcabūt me: & nox illuminatio mea in delicijs meis. Quia tenebre non obscurabunt a te / & nox sicut dies illuminabitur: sicut tenebre eius ita & lumen eius. Quia tu possedisti renes meos: suscepisti me de vtero matris mee. Confitebor tibi quia terribiliter magnificatus es: mirabilia opera tua & anima mea cognoscet nimis. Non est occultatum os meum a te quod fecisti in occulto: & substantia mea in inferioribus terre. Imperfectum meū viderunt oculi tui & in libro tuo oēs scribentur: dies formabuntur & nemo in eis. Michi aūt nimis honorificati sunt amici tui de⁹: nimis confortat⁹ est principatus eorum. Dinumerabo eos et super arenam multiplicabuntur: exurrexi et adhuc sum tecum. Si occideris deus peccatores: viri sanguinū declinate a me. Quia dicitis in cogitatiōe: accipiāt in vanitate ciuitates suas. Nōne q̄ oderunt te domine oderā: & super inimicos tuos tabescebā. Perfecto odio oderam illos: inimici facti sunt michi. Proba me deus & scito cor meum: interroga me & cognosce semitas meas. Et vide si via iniquitatis in me est: & deduc me in via eterna. ¶ Finito psalmo tota dicatur Antiphona.



De terra plasmasti me et carnem induisti me redemptor



meus domine resuscita me in nouissimo die.

Qua dicta dicat sacerd. sine Dn̄s vobiscū. & sine Oremus.

Commendo animā tuā deo patri omnipotēti: terrā terre: cinerē cineri: puluerē pulueri. In nōīe pr̄is. &c.

¶ Deinde dicat sacer. hāc orōnē sine Oremus. Oratio.

Temeritatis q̄dem est dn̄e vt homo hoiem / mortalis mortalem / cinis cinerem tibi dn̄o deo nostro audeat cōmendare: sed q2 terra suscipit terrā: ꝛ puluis conuertitur in puluerē: donec omnis caro in suaz redigat originē: inde tuam deus piissime pater lachrymabiliter q̄s pietatez: vt huius famuli tui vel famule tue N. animā quaz creasti: de huius mūdi voragine cenolēta ad patriā ducas / abrahe amici tui sinu recipias / refrigerij rore pfūdas. Sit ab estuātis gehenne truci incendio segregata: et beate requiei te donante cōiuncta. Et si que illi sunt dn̄e digne cruciatibus culpe: tu eas gratia tue mitissime lenitatis indulge: ne peccati vicem sed indulgētie tue piam sentiat bonitatē. Cunqꝫ finito mundi termino supernū cunctis illuxerit regnū / nouus homo sanctorū omniū cetibus aggregatus vel aggregata: cū electis tuis resurgat in parte dextera coronandus vel coronāda. Per christum. Alia oratio Oremus. Oratio.

Deus vite dator ꝛ humanorꝫ corporū reparator: q̄ te a peccatoribus exorari voluisti: exaudi p̄ces quas speciali deuotiōe p aīa famuli tui vel famule tue N. tibi lachrymabilit fundimus: vt liberare eā ab īferorū cruciatibus ꝛ collocare eā iter agmina sctōꝝ tuoꝝ digneris / veste quoqꝫ celesti ꝛ stola īmortalitatis īdui / ꝛ padisi amenitate ꝯfoueri iubeas. Per xp̄m.


Finita orōne incipiat cātor ān. Omnis spiritus. E.u.o.u.a.e. Psalmus.

Laudate dn̄z de celis: laudate eū i excelsis. Laudate eū oēs angeli eius: laudate eū oēs virtutes eius. Laudate eū sol ꝛ luna: laudate eū oēs stelle ꝛ lumē. Laudate eū celi celorū: ꝛ aque que sup celos sunt laudent nomē domini. Quia ipse dixit ꝛ facta sunt: ipse mandauit ꝛ creata sunt.

Inhumatio defuncti.

Statuit ea in eternum ꝛ in seculum seculi: preceptum posuit et non preteribit. Laudate dñm de terra: dracones ꝛ omnes abyssi. Ignis grando nix glacies spiritus procellarum: que faciunt verbum eius. Montes ꝛ omnes colles: ligna fructifera ꝛ omnes cedri. Bestie ꝛ vniuersa pecora: serpentes ꝛ volucres pennate. Reges terre et omnes populi: principes ꝛ omñes iudices terre. Iuuenes ꝛ virgines senes cuꝫ iunioribus laudent nomen dñi: quia exaltatum est nomen eius solius. Confessio eius super celum ꝛ terram: ꝛ exaltauit cornu populi sui. Hymnus omnibus sanctis eius: filijs israel populo appropinquanti sibi. Cantate domino canticū nouum: laus eius in ecclesia sanctorum. Letetur israel in eo qui fecit eū: ꝛ filie sion exultēt in rege suo. Laudent nomen eius in choro: in tympano ꝛ psalterio psallant ei. Quia beneplacitum est domino in populo suo: ꝛ exaltauit mansuetos in salutem. Exultabunt sancti in gloria: letabuntur in cubilibus suis. Exultationes dei in gutture eorum: et gladij ancipites in manibus eorum. Ad faciendam vindictam in nationibus: increpationes in populis. Ad alligandos reges eorum in compedibus: et nobiles eorum in manicis ferreis. Ut faciant in eis iudicium conscriptum: gloria hec est omnibus sanctis eius. Laudate dominum in sanctis eius: laudate eum in firmamento virtutis eius. Laudate eum in virtutibus eius: laudate eum secundū multitudinē magnitudinis ei⁹. Laudate eū in sono tube: laudate eū i psalterio ꝛ cithara. Laudate eū in tympano ꝛ choro: laudate eū in chordis ꝛ organo. Laudate eū in cymbalis bñ sonātib⁹, laudate eū i cymbalis iubilationis: omnis spūs laudet dñm.

¶ Finito psalmo tota dicatur antiphona: scilicet




Qua dicta dicat sacer. sine Dñs vobis. & sine Oremꝰ. Oro.

Debitum humani corporis sepeliendi officium, fidelium more complentes: deum cui omnia viuunt fideliter deposcemur: vt hoc corpꝰ chari nostri vel chare nostre N. a nobis infirmitate sepultum/in ordine sanctorum suorum resuscitet: et eius spiritum sanctis ac fidelibus aggregari iubeat: cum quibus inenarrabili gloria et perenni felicitate perfrui mereatur. Per do. no. ie. xp̄z filiū eiꝰ. Qui cum eo viuit. &c. Finita oratione incipiat sacerdos Antiphonā.

Et itonetur ps Benedictꝰ. modo seqnti. totꝰ ps dicat & cantetur hic solēnit sicut ad matutias.

Ego sum.

Benedictꝰ dominꝰ




deus israel: quia visitauit & fecit redemptionē plebis sue. Et erexit cornu salutis nobis: in domo dauid pueri sui. Sicut locutus est per os sanctorum: qui a seculo sunt prophetarum eius. Salutem ex inimicis nostris: et de manu omnium qui oderunt nos. Ad faciendam misericordiam cum patribus nostris: & memorari testamenti sui sancti. Iusiurandum quod iurauit ad abrahā patrē nostrum: daturum se nobis. Ut sine timore de manu inimicorum nostrorum liberati: seruiamus illi. In sanctitate & iustitia coram ip̄o: omnibus diebus nostris. Et tu puer propheta altissimi vocaberis: preibis enim ante faciem domini parare vias eius. Ad dandam scientiam salutis plebi eius: in remissionem peccatorum eorum. Per viscera misericordie dei nostri: in quibus visitauit nos oriens ex alto. Illuminare his qui in tenebris & in vmbra mortis sedent: ad dirigendos pedes nostros in viam pacis. Finito psalmo tota dicatur Aña.

Inhumatio defuncti.



Ego sum resurrectio et vita: qui credit in me etiã si mor-



tuus fue rit viuet: et om nis q̃ viuit ꝛ credit in me nõ mo



Qua dicta sequatur hoc modo.


rietur in eternum. Kyrie eleison. Christe



¶ Hic roget sacerdos orare pro anima defuncti ita dicens.

eleison. Kyrie eleison.

Pro anima N. et pro animabus omnium fidelium defunctorum. Pater noster. ¶ Deinde dicat sacerdos.



Et ne nos inducas in tentationẽ. Sed libera nos a malo.



Requiem eternam dona eis domine.
Et lux perpetua luceat eis. A porta inferi. Erue dñe animas eorum. Credo videre bona domini. In terra viuẽtium.



Non intres in iudiciũ cum seruo tuo domine. Quia non

Dñe exaudi orationem meam. Et clamor meus ad te veni iustificabitur in cõspectu tuo oĩs viuẽs. at; Dominus vobiscum. Et cum spiritu tuo. Oremus. Oratio.

Deus origo pietatis/pater miarũ/solamẽ tristiũ/indultor criminũ/de cui⁹ munere venit omne quod bonũ est et procedit: respice propiti⁹ supplicũ preces. Et quis ppria nos reputet indignos conscientia/te dignũ nostris flecti petitionib⁹: pulsam⁹ tñ quãtulũcũq; concedit aures tue pietatis. Nã si omittim⁹ i vtroq; veremur esse rei: qm̃ et te pcipis a pctõrib⁹ exorare: nostroq; etsi nõ merito hoc agẽdũ te prestãte tribuit in ministerio. Ergo te dñe sancte pater oĩps eterne deus q̃ vnicũ filiũ tuũ dñm nostrũ iesum xp̃m incarnari de virgine constituisti quo vetustũ solueret proprio cruore pctm̃/et vitã redderet mũdo: ipso opitulante aiam fratris nostri vel sororis nostre N. ab ergastulo cenolente materie exẽptam ab oib⁹ piaculis q̃s absoluas. Nullas patiatur insidias occursantiũ demonũ: ppter quã misisti ad terras vnigenitũ filiũ tuũ. Libera et absolue eã a tetra voragie iferni quã redemisti pcioso sãguie vnigẽiti filij tui. Libera et absolue eã ab estuãtis gehẽne truci icẽdio collocãs i paradisi amenitate. Nõ sentiat pijssime pr̃ qd̃ calet i flãmis/qd̃ stridet in penis/et qd̃ horret in tenebris: sed munificẽtie tue munere puẽta mereatur euadere iudiciũ vltionis: et btẽ requei ac lucis eterne felicitate perfrui. Per xp̃m. Alia oratio cũ Oremus.

Tibi dñe cõmendamus aiam famuli tui vel famule tue N. vt defunctus vel defuncta seculo tibi viuat: et que per fragilitatẽ mũdane cõuersatiõis peccata admisit/tu venia misericordissime pietatis absterge. Per xp̃m. His dictis sequatur ps. Miserere. j. cũ ãn. Requiẽ eternã. Qua dicta dicat sacerdos in auditu oim̃. Pater noster. p aia eius

N. ꝛ pro animab⁹ quorũ ossa in hoc cemiterio vel in alijs requiescũt: ꝛ pro aiab⁹ omniũ fideliũ defũctoꝝ. Deinde dicat sacer. Et ne nos. Sed libera. A porta inferi. Erue dñe. Ne tradas dñe bestijs aias cõfitẽtes tibi. Et aias paupeꝝ tuoꝝ ne obliuiscaris in finẽ. Dñs vobiscũ. Oremus. Oratio.

DEus cuius miseratiõe aie fideliũ requiescũt: aiabus famulorũ familiarũq; tuarũ: hic et vbiq; in christo quiescentium/ da propitius suorũ veniã peccatorũ: vt a cunctis reatib⁹ absoluti/ tecũ sine fine letentur. Per xp̃m. Postea reuertẽtes clerici de tumulo dicãt septem psal. penitẽ. vel psalmũ De profundis. cũ ãn Requiem eternam. sequatur Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Pater noster. Et ne nos. Sed libera. A porta inferi. Erue dñe. Anima eius in bonis demorabitur. Et semẽ eius hereditabit terrã. Credo videre bona dñi. In terra viuentium. Nõ intres in iudiciũ cũ seruo tuo dñe. Quia non iustificabitur in conspectu tuo ois viuens. Domin⁹ vobiscũ. Orem⁹. Oratio.

SAtisfaciat tibi dñe deus noster pro anima famuli tui N. fratris nostri sancte dei genitricis semperq; virginis marie: ꝛ sanctissimi apostoli tui petri omniũq; sanctorũ tuorũ oratio: et presentis familie tue humilis ꝛ deuota supplicatio: vt peccatorũ omniũ veniã p̃camur obtineat: nec eã patiaris cruciari gehennalibus penis / quaꝫ filij tui dñi nostri iesu christi p̃cioso sãguine redemisti. Qui tecũ ꝛc. ¶ In fine omniũ demissa voce dicatur sic. Anima ei⁹ ꝛ anime omniũ fidelium defunctoꝝ per dei misericordiam requiescant in pace. Amen. ¶ Missa de sancta cruce. Officium.



NOs aũt gl'iari oportet in cruce dñi nr̃i iesu xp̃i: in quo est salus vita ꝛ resurrectio nr̃a: per quem saluati ꝛ liberati sum⁹. ps. Deus misereatur nostri ꝛ benedicat nobis: illuminet vultum suum super nos ꝛ misereatur nostri. Gloria patri. Oratio.

DEus qui vnigeniti filij tui dñi nostri iesu christi pre-
cioso sanguine viuifice crucis vexillū sāctificare vo-
luisti: concede quesumus eos qui eiusdem sancte crucis gau
dent honore/ tua quoqꝫ vbiqꝫ protectione gaudere. Per eun
dē dñz. Lectio epistole beati pauli apostoli. Ad philippēses.

FRatres. Christus factus est pro nobis obediēs vsqꝫ
ad mortē: mortem aūt crucis. Propter quod ⁊ deus
exaltauit illū ⁊ donauit illi nomen quod est super omne no-
men: vt in nomine iesu omne genu flectatur/ celestiū terre-
striū ⁊ infernorū. Et omnis lingua confiteatur: quia domi
nus noster iesus christus in gloria est dei patris. Gradale.

Christus factus est pro nobis obediens vsqꝫ ad mortē: mor
tem autē crucis. ℣. Propter quod ⁊ deus exaltauit illum: ⁊
dedit illi nomen quod est super omne nomen. Alleluia. ℣.
Dulce lignum dulces clauos dulcia ferens pondera: que so
la fuisti digna sustinere regem celorum ⁊ dominum.

Euangelium. Secundum Matheum.

IN illo tempore. Ascendens iesus hierosolymā: assum
psit duodecim discipulos suos secreto ⁊ ait illis. Ecce
ascendimꝰ hierosolymam: et filius hominis tradetur prin-
cipibus sacerdotum ⁊ scribis: ⁊ condēnabunt eū morte. Et
tradent eū gentibus ad illudendū ⁊ flagellandū ⁊ crucifigē
dū. Et tertia die resurget. Offr. Protege dñe plebē tuā ꝑ
signū sancte crucis ab omnibus insidijs inimicorū omniū:
vt tibi grataz exhibeamus seruitutem: et acceptabile tibi
fiat sacrificium nostrum alleluia. Secreta.

HEc oblatio dñe ab omnibus nos purget offensis: que
in ara crucis etiam totius mundi tulit offensas. Per
dominū. Cōio. Per lignum seruiꝰ facti sumus ⁊ per sanctā
crucem liberati sumus: fructus arboris seduxit nos filius
dei redemit nos alleluia. Postcommunio.

ADesto nobis dñe deꝰ nr̄: vt quos sctē crucis letari fa

cis honore / eius quoqꝫ ꝑpetuis defēde subsidijs. Per dñm.

¶ Missa de sancta maria per totum aduentum. Officium.

Rorate celi desuper ⁊ nubes pluant iustum: aperiatur terra et germiet saluatorē. ps. Et iustitia oriatur simul ⁊ ego dñs creaui eū. Glia. Oro.

Deus q̄ de beate marie virginis vtero ꝟbū tuū angelo nunciāte carnē suscipe voluisti: ꝑsta supplicib⁹ tuis vt q̄ vere eā genitricē dei credim⁹ / ei⁹ apud te itercessionib⁹ adiuuemur. Per eundē dñm. Lectio Esaie prophete.

In diebus illis. Locutus est dñs ad achaz dicens. Pete tibi signū a dño deo tuo in ꝓfundum inferni: siue in excelsum supra. Et dixit achaz. Non petā: ⁊ non tentabo dñm. Et dixit. Audite ergo domus dauid. Nunqd parū vobis est molestos esse hominibus: qꝛ molesti estis ⁊ deo meo: Propter hoc dabit dñs ipse vobis signū. Ecce virgo cōcipiet ⁊ pariet filiū: ⁊ vocabitur nomē eius emanuel. Butyrum ⁊ mel comedet: vt sciat reprobare malū / ⁊ eligere bonū. Gr.

Tollite portas principes vestras ⁊ eleuamini porte eternales: ⁊ introibit rex glorie. ꝟ⁹. Quis ascendet in mōtem dñi: aut quis stabit in loco sancto eius: innocens manibus ⁊ mūdo corde. Alleluia. ꝟ. Aue maria gratia plena dñs tecum: benedicta tu in mulieribus. Secundum Lucam.

In illo tpe. Missus est angel⁹ gabriel a deo in ciuitatē galilee cui nomē nazareth / ad ꝟginē despōsatā viro cui nomē erat ioseph de domo dauid: ⁊ nomē ꝟginis maria. Et ingressus angelus ad eā: dixit. Aue gr̄a plena: dñs tecū. Que cū audisset turbata est in sermone ei⁹: ⁊ cogitabat qualis esset ista salutatio. Et ait angel⁹ ei. Ne timeas maria: inuenisti eni gratiā apud deū. Ecce cōcipies in vtero ⁊ paries filiū: ⁊ vocabis nomen eius iesū. Hic erit magnus: ⁊ filius altissimi vocabit̄. Et dabit illi dñs de⁹ sedē dauid pr̄is ei⁹ / ⁊ regnabit in domo iacob in eternū: ⁊ regni ei⁹ nō erit finis.

Dixit aūt maria ad angelū. Quomodo fiet istud: qm̄ virū nō cognosco? Et rn̄dens angel⁹ dixit ei. Sp̄us sctūs supueniet in te: ꝛ virt⁹ altissimi obūbrabit tibi. Ideoq; ꝛ qd̄ nascetur ex te sāctū: vocabit filius dei. Et ecce elizabeth cognata tua: ꝛ ip̄a ꝯcepit filiū in senectute sua. Et hic mēsis est sext⁹ illi q̄ vocat sterilis: q2 nō erit impossibile apud deū omne verbū. Dixit aūt maria. Ecce ancilla dn̄i. Fiat mihi scd̄m v̄bū tuū. Offer. Aue maria gratia plena dn̄s tecū / bn̄dicta tu in mulieribus: ꝛ benedictus fructus ventris tui. Secreta.

IN mentibus nostris quesumus domine vere fidei sacramenta confirma: vt q̄ conceptū de virgine deum et hominē firmiter confitemur: per eiusdē salutifere resurrectionis potentiam: ad eternā mereamur peruenire letitiaꝫ. Per dominū. Cōio. Ecce virgo cōcipiet et pariet filium: et vocabitur nomen eius emanuel. Postcommunio.

GRatiā tuā q̄s dn̄e mētibus nostris īfunde: vt qui angelo nunciāte xp̄i filij tui incarnationē cognouim⁹ / per passionē eius ꝛ crucē ad resurrectionis gloriam perducamur. Per eūdē do. A purifica. vsq; ad aduētū. Officium.

SAlue sancta parens enixa puerpera regem qui celuꝫ terrāq; regit in secula seculorum. P̄s. Benedicta tu in mulieribus. et Gloria patri ꝛ filio. ꝛc. Oratio.

COncede nos famulos tuos q̄s dn̄e de⁹ perpetua mētis ꝛ corporis salute gaudere: ꝛ gloriosa btē marie semp virginis intercessione a presenti liberari tristitia / et eterna perfrui letitia. Per dominum. Lectio libri sapientie.

AB initio ꝛ an̄ scl̄a creata suꝫ: ꝛ vsq; ad futuꝝ seculū nō desinā: ꝛ in habitatiōe sctā corā ipso ministraui. Et sic i sion firmata sū: ꝛ i ciuitate sctificata similit requeui: ꝛ in hierusalē potestas mea. Et radicaui in populo honorificato: ꝛ in ptes dei mei hereditas illius. Et in plenitudine sctōꝝ detentio mea. Gr. Bn̄dicta et venerabilis es virgo

maria: que sine tactu pudoris inuenta es mater saluatoris. ℣. Uirgo dei genitrix quem totus non capit orbis / in tua se clausit viscera factus homo. Alleluia. ℣. Post partum virgo inuiolata permansisti: dei genitrix intercede pro nobis. In tēpore paschali. Alla. ℣. Per te dei genitrix nobis est vita perdita data: que de celo suscepisti prolem & mundo genuisti saluatorem. Secundum Lucam.

IN illo tempore. Loquente iesu ad turbas: extollēs vocē quedā mulier de turba dixit illi. Beatus vēter qui te portauit: & vbera q̄ suxisti. At ille dixit. Quinimmo bti q̄ audiūt verbū dei: & custodiūt illud. Secundum Johānem

IN illo tempore. Stabant iuxta crucē iesu mater eius & soror matris eius: maria cleophe & maria magdalene. Cum vidisset ergo iesus matrē & discipulū stantem quē diligebat: dixit matri sue. Mulier / ecce filius tuus. Deinde dixit discipulo. Ecce mater tua. Et ex illa hora accepit eam discipulus in suam. Offertorium. Felix nanq̧ es sacra virgo maria & omni laude dignissima: quia ex te ort⁹ est sol iustitie christus deus noster alleluia. Secreta.

TUa dn̄e propitiatione et beate marie semper virginis intercessione ad perpetuam atq̧ presentē hec oblatio nobis proficiat prosperitatē & pacē. Per dn̄m. Cōio. Beata viscera marie ꝟginis q̄ portauerūt eterni patris filiū. In tp̄e paschali. Cōio. Uera fides geniti purgauit crimina mūdi: & tibi ꝟginitas inuiolata manet all'a. Postcōio.

SUmptis domine salutis nostre subsidijs: da quesum⁹ beate marie semper virginis nos patrocinijs vbiq̧ ꝓtegi / in cuius veneratione hec tue obtulim⁹ maiestati. Per dominum. Epistola de trinitate. Ad corinthios.

FRatres. Gratia dn̄i nr̄i iesu xp̄i & charitas dei: et cōmunicatio sancti spiritus: sit semper cū oīb⁹ nobis. In christo iesu dn̄o nostro. Euāgeliū. Scd̄m Johannem.

IN illo tpe. Dixit iesus discipl'is suis. Cū venerit paraclitus quē ego mittā vobis a patre / spiritu3 veritatis qui a pr̄e ꝓcedit: ille testimoniū perhibebit de me. Et vos testimoniū perhibebitis: qꝛ ab initio mecū estis. Hec locutus sum vobis: vt nō scandalizemini. Absqꝫ synagogis facient vos. Sed venit hora vt ois q̄ interficit vos: arbitretur obsequiū se p̄stare deo. Et hec facient vobis: qꝛ nō nouerūt patrē neqꝫ me. Sed hec locutus sū3 vobis: vt cū venerit hora eorꝫ reminiscamini qꝛ ego dixi vobis. ¶ Missa de sancto spiritu.

SPirit' dñi repleuit orbē terrarū all'a: ⁊ hoc qđ continet omnia sciētiā habet vocis all'a all'a all'a. ps. Exurgat deus ⁊ dissipentur inimici ei': ⁊ fugiāt qui oderūt eū a facie ei'. et Gloria patri. Oratio.

DEus qui corda fidelium sancti spiritus illustratione docuisti / da nobis in eodem spiritu recta sapere: et de eius semper consolatione gaudere. Per dominum nostru3. eiusdem. ¶ Lectio actuum apostolorum.

IN diebus illis. Cum audissent apostoli qui erant hierosolymis quia recepit samaria verbū dei: miserunt ad illos petrum ⁊ iohannem. Qui cum venissent orauerūt pro ipsis: vt acciperent spiritū sanctū. Nōdum eñ in quēq̄ illorū venerat: sed baptizati tantū erant in noīe iesu. Tūc imponebāt manus sup illos: ⁊ accipiebāt spiritū sanctum.

Gr. Beata gēs cui' est dñs de' eorū: populus quem elegit dñs in hereditatē sibi. V. Verbo dñi celi firmati sunt: ⁊ spiritu oris eius omnis virtus eorū. All'a. V. Veni scte spirit' / reple tuorum corda fideliū: ⁊ tui amoris in eis ignē accēde.

¶ Euangelium. Secundum Johannem.

IN illo tempore. Dixit iesus discipl'is suis. Si quis diligit me: sermonē meū seruabit. Et pater me' diliget eum: ⁊ ad eum veniemus ⁊ mansionem apud eum faciem' Qui non diligit me: sermones meos non seruat. Et sermo-

nem quem audistis non est meus: sed eius qui misit me patris. Hec locutus sum vobis: apud vos manens. Paraclitus autem spiritus sanctus quem mittet pater in nomine meo: ille vos docebit omnia/ et suggeret vobis omnia quecunque dixero vobis. Pacem relinquo vobis: pacem meam do vobis. Non quomodo mundus dat/ ego do vobis. Non turbetur cor vestrum: neque formidet. Audistis quia ego dixi vobis: vado et venio ad vos. Si diligeretis me/ gauderetis utique quia vado ad patrem: quia pater maior me est. Et nunc dixi vobis priusquam fiat: vt cum factum fuerit credatis. Jam non multa loquar vobiscum. Venit enim princeps mundi huius: et in me non habet quicquam. Sed vt cognoscat mundus quia diligo patrem: et sicut mandatum dedit michi pater/ sic facio. Offertorium. Confirma hoc deus quod operatus es in nobis a templo tuo quod est in hierusalem/ tibi offerent reges munera alleluia. Secreta.

MUnera quesumus domine oblata sanctifica: et corda nostra sancti spiritus illustratione emunda. Per eundem dominum nostrum. Eiusdem. Communio.

Factus est repente de celo sonus aduenientis spiritus vehementis vbi erant sedentes alleluia: et repleti sunt omnes spiritu sancto/ loquentes magnalia dei alleluia alleluia. Post communio.

SAncti spiritus quesumus domine corda nostra mundet infusio: et sui roris intima aspersione fecundet. Per dominum. Eiusdem. ¶ Isti sunt generales articuli maioris excommunicationis in lingua materna. et dicatur hoc modo.

GOd men et wymen it is ordeyned by the counseil of all holi chirche. [illegible] of our holy fader/ the pope of rome/ and his cardinalls/ and all his counseil/ sithen of all archebisshopes et all the clergie/ that every man of holy chirche that hath soule for to kepe/ sholde shewe among them foure sithe bi zere/ the articles that ben writen in te general

The words nearly obliterated are "[illegible] of our holy father the pope of Rome"